UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

GREDOS.USAL.ES

Prudentij

Angustus horrificis. idest demonibus. Libamina. q̄ ante christi natalem offerebant demonibus. Semel. hoc est morte naturali qua vt ait apostolus statutum est hominibus semel mori sed non morte anime. Vigor igneolus. idest anima. et est vergilij. vi. cñ. igneus est ollis vigor ⁊ celestis origo. appositine. Oris opus. i. in quod vt paulo ante diximus inspirauit spiraculum vite. Compositus. i. citatus. De folio patris. hoc etiam ex sententia aristotelis qui dicit animas non ex traduce corporis sed a deo infunditur. Liquida rationis. i. purgata ab omni contagione immunitas. Viscera mortua. i. corpus caducum etiam reparabitur in die iudicij. Effigies prisca. idest prior. Innascitur. pro renascitur vt stet prius. Situ puluereo. i. puluere squallido ⁊ resolutio. Credo eadem necvana fides. vergilij est ex quarto cñ. Corpora viuere. pro esse victura vt supra renascitur pro renascetur. Moxe anime. i. sicut anima corpori superstes viuunt. et est Iunonialis. vulgi perit omne cadaver mox anime. quāquā in diuersa sententia. Nam modo. Argumentum est pauli apostoli ad probandum q̄ sumus resurrecturi q̄ christus primitus dormientium resurrexit. Deum corporeum. i. christum. De phlegetonte. i. ab inferis. quia phlegetō inferorum fluminis est. Gradu facili. nō laborioso. cum ceteris facilis sit decessus auerni vt vergilius in. vi. cñ. dicit. sed reuocare gradum superasq̄ euadere ad auras hic labor hoc opus est. Eadē spes idest resurgendi a mortuis ad superos. Manet mea. i. expectat. idest expecto resurrectionem mortuorum. Quę redolentia. mox antiquorum qui odoribus aromaticis condiebāt corpora. Sarcophago. sepulchro. Christus homo reditu⁹ idest q̄ ex morte rediit ad vitam Iuuenal. ac velut exarsa rediuuus pullulet arca nūmus. Dux parilis. idest mihi equalis in natura humana. ⁊ dux meus vocat membra ⁊c. Ad astra ignea. secundum platonem ⁊ antiquos. sed vt inquit aristoteles in primo de coelo illa opinio adhuc vigeat suis temporibus:

De post cibum.

Sit satis anguibus horrificis.
Liba quod impia corporibus
Ab miseram peperere necem.
Sufficiat semel hoc facinus.
Plasma dei potuisse mori.
Oris opus. vigor igneolus.
Non moritur. quia flante deo
Compositus. supo q̄ fluens
De folio patris artificis
Uim liquidæ rationis habet.
Viscera mortua. quin etiam
Post obitum reparare datur.
E que suis iterum cumulis
Prisca renascitur effigies
Puluereo coeunte situ.
Credo eodem (neq̄ vana fides)
Corpora viuere mox aie.
Nam modo corporeū memini
De Phlegethōte gradu facili
Ad superos remeasse deum.
Spes eadē mea mēbra manet.
Quę redolentia funero
Iussa quiescere sarcophago.
Dux parilis rediuuus homo
Ignea christus ad astra vocat.

Cathemerinon

Pastis visceribus. Carmen est monocolum. phalaecium hendecasyllabi. acatalectum cum. constans spondeo dactylo. et tribus trocheis. Continuat hęc oda ad precedētem nam sumpto cibo reliquū est vt deo gratias agamus. Comendat itaq̄ in primis dei omnipotentiam. cui omnia debemus. deinde dicit nos debere mundatū habere domicilium hoc est corpus ab ingluuie et crapula et aiam a peccatis vt possim⁹ fieri tēplū spūs s̄cti:

De post cibum.

Pastis visceribus ciboq̄ sumpto:
Quem lex corporis imbecilla poscit:
Laudem lingua deo patri rependat
Patri: qui cherubim sedile sacrum
Nec non ⁊ Seraphim suum supremo
Subnixus solio tenet: regit que.
Hic est: quem Zebaoth deum vocamus:
Expers principij: carens que fine.
Rerum conditor. et repertor orbis.
Fons vitæ liquida fluens ab arce
Infusor: fidei. sator pudoris.
Adortis perdomitor. salutis author.
Omnes quod sumus: aut vigemus inde est.

se gras ait pmū p̄ti deinde filio tū spūi s̄cto. Patri subaudi iquā. Qui subnit⁹. i. sedes. Solio supremo. i. sede qua nulla est superior. quia dei duo sunt propria. maxim⁹ propter eminentiam. et optimus propter beneficentiam. Tenet et regit suū sedile sacrum. cui inicitur. et per sedile intelligimus rerum omnium prouidentiam et arbitriū potestatemq̄ quale est illud super solium dauid sedebit et regni eius non erit finis. Cherubim et seraphim. in numero plurali. nam cherub et seraph sunt singularis. Et possunt esse casus accuſati per appositionē ad cubile sacrum. quasi velit dicere q̄ cherubim et seraphim sunt dei sedile quibus tanq̄ sedi inicitur. possunt esse et genuiti. quia sedile illud ex cherubim et seraphim constat. Deum sabaorh. i. exercituum. et scribit per sama non per. s. vt alius manilius castigauit. nam zeta aliud sonat q̄ sama. Expers. i. infinitus et eternus quia caret principio ⁊ fine. Rerum conditor creatio rerū ad totā trinitatē pertinet sed attribuit patri quasi principi creationis. vnde est in simbolo. patrem omnipotentem creatorem coeli et terre. Repertor orbis. q̄ orbem vt seditur in peperit. Sic vergi. cñ. hominū rerūq̄ repertor dixit. Fōs vitæ. ad filiū hoc pertinet. ex quo p̄ redēptionē vita nra pendet. Fluēs ab arce liquida. i. emanans a patris cellitudine p̄ eternā gnationē. Infusor fidei. i. qui nobis quid esset credendū faciendūq̄ ad salūē reuelauit. et infudit predicauitque. Sator pudoris. i. castitatis ⁊ integritatis vitę autor. Qd sum⁹. p̄ creationē qd vigemus. p̄ ba-

B iij



VNIuersidad
DE SALAMANCA

Prudentii

ptimatis regenerationē. Inde subaudi a christo. Regnat. scilicet pater et filio. Missus aut exponendū est missus pro inspiratus a patre et filio. aut pertinet ad missionē personarum quoniam pater mittit filium. et non contra. mittit spiritū sanctū et nō contra filius mittit spiritū sanctū et non cōtra. Missus itaq; fuit spiritus sanctus a patre et filio aut in nomine filij sup̄ centū et viginti illos qui erant in coenaculo sicut in die pentecostes. Mittitur et cotidie in eos qui sūt digni vnde subdit.

Intrat pectora candidus pudica. Candidus. aut ad colorem candorem retulit in cuius specie susper baptizati christum descendit aut candidus. i. candorem in se habens et nobis eundem cōsicans. Que pectora rident. i. ornata sunt per metaphorā quia que ornata sūt ridere videntur.

Vice templi. i. ad similitudinem templi ornati: in quo deus peculiariter habitare creditur. Sed si quid. i. si spiritus s̄-

ctus qui templū nostrum mundatū intrat et habitat: si sensit in nobis aliquod vitium in nasci quod templū coinquinat fugit. Viscera dicata. i. consecrata et digna in quibus habitaret: ita fugit quasi a templo foetido et peccatis cōmaculato. Horror conscius. i. peccatus quod facit horrore ex turpitudine sua et peccator ipse conscius sibi. Culpa aestuante. i. nō permittente peccatorem quiescere: quia vermis ille non potest mori. Iuuenalis exemplo quodcūq; malo cōmittitur ipse displicet auctori. et illud eiusdem. tacita sudant precordia culpa. Niger. i. iste horror imundus. Repellit bonum offensum. i. spiritum sanctum quez offendit sua illiue et spurcicia. Nec solus pudor. non satis inquit esse homines castum pudicū et innocentem ad hoc ut sit templum dei. sed debet esse sobrius et a cibi nimietate temperans. Templum perenne. i. continuū et non interitum. In sinu ac recessu cordis nam cor tres habet sinus. vnde persius ut mihi te quantus sinuoso in pectore firi. sed hic sinum posuit pro interiori recessu. igitur exponendū tu sinu mediū cordis. i. medio sinu cordis. Ferueat. ad naturam vini retulit. persius. indomitum quod despumare salernum.

Sedem fidei. i. cor in quo fides habitat Paulus ad romanos cap. i. Corde creditur ad iusticiam. ore autem confessio fit ad salutem.

Regnat spiritus ille sempiternus
A christo simul et parente missus.
Intrat pectora candidus pudica:
Que templi vice consecrata rident:
Postq̄ combiberint deum medullis.
Sed si quid vitij doli ve nasci
Inter viscera iam dicata sensit:
Leu spurcum refugit celer facellum.
Retrum fragrat enim vapore crasso
Horror conscius aestuante culpa:
Offensum que bonum niger repellit.
Nec solus pudor innocens que votum
Templum constituunt perenne Christo
In cordis mediū sinu ac recessu:
Sed ne crapula ferueat cauendum est:
Que sedem fidei cibus referram

Cathemerinon

Coarctet. angustet et constringat. Usq; ad congeriem. i. epularū repletionem. Corda expedita. i. non impedita et occupata. Sum infusum. i. christū receptus. Sic pastus verus. qui dicit Joannis. vi. Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus. Sed nos. tu inquit o christe reficis nos epulis que non solum corpus sed et animū reficiunt. Sotens. i. recreans Paratu gemino. i. cibi apparatu ad vtrumq; valenti. scilicet ad membra et ad

Usq; ad congeriem coarctet intus.
Parcis victibus expedita corda
Infusum melius eum receptant.
Hic pastus animæ est: sapor que verus.
Sed nos tu gemino fouens paratu
Virtus atq; animas vtroq; pastu
Confirmas pater: ac vigore complex.
Sic olim tua præcluens potestas
Inter raucifonos situm leones
Illapsis dapibus virum refouit.
Illum fusile numen execrantem
Et curuare caput sub expolita
Vleris materia nefas putantem
Plebs diræ Babylonis ac tyrannus
Morti subdiderant. feris dicarant
Seuis protinus haustibus vorandum.
Semper pietas fides que tuta.
Lambunt indomiti virum leones.
Intactumq; dei tremunt alumnium.
Astant comminus. et iubas reponunt.
Adansuecit rabies: fame que blanda
Prædam rictibus lambit incruentis.
Sed cum tenderet ad superna palmas:
Expertum que sibi deum rogaret

ille. ordo ē. Plebs et tyrannus. i. egypti rex sub quo hægesa fuit. Subdiderat illū morti. i. obtecerat. Execrantē numē fusile. i. statūā belis ex aere fusile fabricatā. Et putantē nefas curuare caput. i. adorare numen belis. Sub expolita materia aeris. i. qui belus erat ex aerea materia. Astant comminus. i. quasi ministri apparēt Danieli. Iubas reponunt. q̄s irati solēt ar rigere. Rabies ingenta leonib; et tūc maricū ex fame laborarēt. Eregit. i. cū. quos ipso ba vētris erexit cecos rabies. Et rabies illa recessit. Lambit prædā. i. danieli: q̄ futurus erat leonib; esca. Fame blanda. i. nō rabiosa sed placida.

animum. Confirmas pater si pater ad christum referatur. nomen honoris est alioqui per adoptionem fratres illius sumus. vel ad deum patrem apostrophat. vel ad totam trinitatē. Sic olim dicitur exemplum ex historia Danieli que scribitur in ipsius libro. cap. xiiii. qui positus in lacu leonū pastus ē vtroq; cibo ab abbaque propheta a ducto per angelū. Sic. scilicet. pascendo corpus et animū. Præcluens potestas. i. pollēs ut exposuimus in psychomachia. qui patria virtute cluit. Raucifonos leones. i. raucifonos quodā rugientes. Refouit virū. i. recreauit Danieli. Dapibus illapsis. i. de coclo descendētib;. Illū fu-

B iij



UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

Prudentij

Clausus iugiter, per dies septem, nam tamdiu fuit in lacu leonum, indigens victus, alimenti. Nuncius, qui grece dicitur angelus. Iustus, s. adeo, terris, i. in terras, Vergi, pri. et libyce desinit lumina terris. Obsequente mundo, i. coelo per quod angelus volans delapsus est: obtemperater cedere ipsi angelo descendent. Da pes, inemptas, i. quas abbauc non emerat ex prunijs ex foro pecunijs, sed domesticas. Arte agresti, erant autē dapes ille pulmen-

tum et panes ut refert historia in qb^o cibis concinnatis non erat opus arte aliqua. Cesarie huius, s. abbauc. Prehensa manu, subaudi angeli, nā capillo capitis angelus illum portavit babylonē. Sēsim, i. non precipiter. Angelus xpi prolepsis est, non dum enim verbis erat christus: quid dicit vtramq; naturā diuinam et humanam. Libatibus gustui tuo, Danielus, ex forma quā diximus alijs in locis. Excitavit crexit. Liboq; fortis refocillatus et refectus. Amen reddidit, i. geminauit. Alleluia dixit, i. dei laudes. Sic nos, ad propositus redit. Sic quē ad modū Daniel^o fecit: q̄ sup̄to cibo deo gr̄as egit. Tu nos Danieli historiam moralit̄ exponit vlt^o pabolice dicit q̄ quē admodū Daniel^o carcere leonū inclusus pass^o fuit ab abbauc, ppheta et liberatus tandem ab ira leonū ita et nos liberati a potestate demonū pascemur cibo celesti, etc.

Tu, subaudi deus, Regis nos conclusos actu mūdi, i. actionib^o mūdanis. Impotētis, i. nimis potentis et scilicet in nos, nā ipotens a latinis sic accipitur, vnde et tyrāni impo-

Clausus iugiter indigens que victus:
Iustus nuntius aduolare terris:
Qui pastum famulo daret probato.
Raptum desinit obsequente mundo.
Cernit forte procul dapes inemptas:
Quas messoribus Abbauc propheta
Agresti bonus exhibebat arte.
Huius cesarie manu prehensa
Plenis sicut erat grauem canistris
Suspensum rapit: et vehit per auras.
Tum raptus simul ipse prandium que
Sensum labitur in lacum leonum:
Et quas tunc epulas gerebat: offert.
Sumas letus ait: libens que carpas:
Quæ summus pater angelus que Christi
Admittunt libatibus sub hoc periclo.
His sumptis Danielus excitauit
In coelum faciem: cibo que fortis
Amen reddidit, alleluia dixit.
Sic nos muneribus tuis refecti
Largitor deus omnium bonorum
Grates reddimus: et sacramus hymnos.
Tu nos tristifico uelut tyranno
Mundi scilicet impotentis actu

Cathermerinon.

tentes vincuntur et impotētiam tyrannorū dicimus eū per potentia aliquid sentie crecet. Repellis fera, hoc est diaboli a nobis. Quæ circumfremit, iuxta illud apostoli, prima Petri, v. aduersarius videt diabolus tanquā leo rugiens circuit querens quem deuoret. Tunc, s. cum sic claudimur. Ueramur premimur, i. si quando sumus in huiusmodi angustia illata a carne a mundo a diabolo qui sunt publice hostes nostri. Fides est tunc

Conclusos regis: et feram repellis:
Quæ circum fremit: ac vorare tentat
Insano sacuens furore redentes.
Tunc te summe deus precemur vnum.
Ueramur, premimur malis, rotamur,
Oderunt, lacerant, trahunt, lacesunt,
Iuncta est supplicij fides iniquis,
Nec deficit tamen anxijs medela.
Nam languente trucidis leonis ira
Illapsæ super ingeruntur esca.
Quas si quis sitienter hauriendo
Non gustu tenuit: sed ore pleno
Intermis velit implicare venis:
Hic sancto satiatus ex propheta
Iustorum capiet cibos virozum:
Qui fructum domino metunt perenni.
Nihil est dulcius ac magis saporum:
Nihil quod plus hominem iuuare possit:
Quam vatis pia præcipientis orsa.
His sumptis licet insolens potestas
Prauum iudicet: inrogetq; mortem:
Impasti licet inruant leones.

ustorum qualis fuit abbauc. Qui metunt domino, hoc ad illud p̄tinet quod abbauc cibos illos quos detulit ad Danielū messoribus parabat ut ibidem legitur hi sunt messoris de quibus apostolus, qui parce seminat parce et metit, et psalmographus venientes venient cum exultatione portantes manipulos suos. Quia orsa, i. verba diuina q̄ nobis deus per prophetas denunciat: quibus nihil dulcius excogitari potest dicente propheta, quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. His sumptis, s. cibis hoc est diuinis preceptis. Impotētis insolens, i. arrogans et sup̄bia, nā insolens illud significat vnde est isola, sup̄bia. Iudicet praui, p̄ praue nemē p̄ aduerbio figura nota inroget, i. sitiet et minet.

pro sit adhibita vt sit presens pro futuro imperatini sine optatini vel p̄crit. Iniq̄s supplicij i. iniquorū qui nos sic verant et premunt. Nec deficit, pro non deficiet presens pro futuro vt supra vergi, lac mihi nō estate nouū non frigore deficit, p̄ deficit.

Languente ira, i. debilitata virtute diuina. Esca illapsæ super, i. ex coelo ad uenientes. Ingeruntur pro ingerent nobis. Quas, s. escas coelestes. Si quis hauriendo sitienter, i. non cum fastidio et quasi qui degustat. Sed pleno ore deuoraue rit. Hic satiatus ex sancto propheta sicut Danielus ab abbauc. Urozū



Prudentii

Et conces impasli, quales erant quibus obicitur est danielus. Ferem tuam crucem, i. in hac confessione si oportuerit moriamur, et alludit ad illud, si quis vult venire post me abneget se metipsum et tollat crucem suam et sequatur me.

Ode ad accensionem lucernae.

Inuentor rutili. Carmē est mono. colon a sepleptadeh cōstans spōdeo, duob' chori am- bis et pyrrhichio.

hic hymn' in prim' capio nocti est lumina accenditur cantari debet, vel poti' et peculiariter i sabato sancto vesperi cū lumina noua in cenduntur: aut incedi deberet, nā officium illud vesperum anticipatur hodie quod debere fieri sub lumina prima precipit fieri hora nona, et nihilomin' hodie fit hora decima, quod est incongruū toti officio in quo noctis fit mentio. In hoc igit carmine mīta de ignis laudib' atq; pīnde lumis dicitur, dein de assert' exēpla ex testamento veteri: qđ moyses deū in rubo ardēti vidit, qđ

qđ ignis colūna hebreis per desertū ductauit, et Inuentor creator luminis de quo hic agendum est, et luminis quo mortales illustras. Certis vicib' .i. vicissatim vt nūc dies nunc non sit. Chaos horridū, tenebrę et caligo. Redde lucē, utraq; et hęc qua media videmus et lucē que a nobis ignoratę tenebras pellat. Quāuis inquit feceris stellas et luminare minus quod p̄cesset nocti: et ostēdisti hominib' alia viā noctis illustrādi. s. ex igne excussu ictu silicis. Regiā, domū coelestē. Incussu silicis, vergili' p̄mo eneid. ac p̄mū silicis scintilla erudit achates, ex semine sarigēno, i. ex p̄cipio qđ habet a fano ignis. Hoc signas quod significat nos debere querere verā lucē a christo qui est lapis quē reprobauerūt edificātes, et petra de qua p̄mo corin. x. ap̄tus scribit petra aūt erat x̄ps. Stabile petra de qua luce, vi. posuit domū fundamētū supra petra. Nostri igniculis, i. animis nostris, de qui

Nos semper dominū patrem fatentes
In te Christe deus loquemur vnū;
Constanter que tuam crucem feremus.

Ode ad accensionem lucernae.

Inuentor rutili Dux bone luminis:
Qui certis vicibus tempora diuidis:

Averso sole chaos ingruit horridum:
Lucem redde tuis Christe fidelibus.

Quamuis innumero sydere regiam
Lunariq; polum lampade pinxeris:
Incussu silicis lumina nos tamen
Monstras sarigēno semine querere.

Hoc signas opere Conditor in clype
Lumen veridicum mentibus omnium
In Christo domino querere iugiter:
Quem petram loquitur doctor egregius.

Me nesciret homo spem sibi luminis
In Christi solido corpore conditam:
Qui dici stabilem se voluit petram:
Nostri igniculis vnde genus venit.

Cathemerinon

bus dicit vergili' .vi. eneid. igneus est ollis vigor et coelestis origo, aut reuera ignes quibus utimur in nocte. Quod si prior sententia placet: quod sequit'. Pinguis quos olei, quos exponēdū est nō mū' sed ignes per quos animi nostri designantur. Igitur quos, i. ignes Pascimus fouem'. Lychnis myris ex lino. Madentib' intinctis oleo. Aut facib' aridid. ex lignis fissis, vergil. in buco, inopse nouas incide facis, nā ille p̄prie dicitur faces, que cū sūt aridę lucem clarā effundit cū virides fumo immixta. Quidi' far quosquā tenuit la chrymolo, stridula fumo. Quin etiā fingim'. figuram' in cereos. Sila scirpea, i. papyros et q̄bus vt scribit p̄dicitur' siebant lychni ad vsus lucernarū Collita, i. peruncta et inuoluta, a lino is. lili. Saxis floreis, i. quos apes cōficunt ex floribus sed non illita totis

Pinguis quos olei roze madentibus
Lychnis aut facibus pascimus aridis.
Quin et sila fauis scirpea floreis
Presso melle prius collita fingimus.
Cluay flamma viget: seu caua testula
Succum linteolo suggerit ebrizo.
Seu pinus piceam fert alimoniam.
Seu ceram teretem stuppa calens bibit.
Nectar de liquido vertice feruidum
Guttatim lacrymis stillat alentibus:
Ambustum quoniam vis facit ignea
Imbrem de madido flere cacumine.
Splendent ergo tuis muneribus pater

fauis sed cera tantū ideo dicit presso prius melle. Cluay flamma, tres modos tetigit pascendi ignem primus ex oleo et lychnis, secundus ex facibus lignorū, tertius ex lychnis papyracis et cera. Nunc duos illozum repetit et tertium addit, de primo. Igitur dicit viuay flamma viget. Seu testula caua, idest lucerna fictilis in qua oleum cōtinetur, nam testas vas fictile est, vergilius primo geor. testa cum ardente viderent scintillare oleum. Suggestit succum, idest subministrat oleum. Linteolo, idest lychno siue myro ex lino. Ebrizo, idest madefacto oleo. Alimoniam piceam, i. cedras piceae, que p̄cedent igni fomiti et alimētum. Stuppa, i. lychnis ex stuppa. Ceram teretē, idest formatam in teretem figurā, hoc est arenam, de quo supra dixit. Nectar, idest cera liquefacta ab igne cerei, quā nectar vocant: quia cum melle ab apibus ex roze coelesti concinnata est, vnde vergilius, et bulci distendunt nectare cellas. Feruidum, concalefactum. De vertice liquido, idest claro et lucenti igni, vergilius in bucolicis, et liquidi simul ignis. Stillat guttatim, desinit in guttas. Lacrymis, idest que guttę sūt quasi lacrymę que alunt ignem, vel potius que cū deherint alere desinunt vt calorū non valentis totum quod liquefecit resolueri. Ideo dicit, qđ Saxis ignea facit imbrem ambustum, idest ceram in circuitu liquefactam. Flere, perstitit in translatione quia lacrymarum fecit mentionem, et posuit flere pro fluere, Tuis muneribus, tuo beneficio.



Prudentij

Flammis mobilibus. aut ad radiorum naturam retulit quoniam vibrantur. aut quoniam lychni pendentes et lucerne et ceret huc et illuc agitantur. ut infra. pendent mobilibus lumina funibus. Lux emula. i. diei i mitatrix. Tigit diem adsentem. i. per noctem representat diem. nam agere aliquando est representare iuuenalis. vixorem comedus agit.

Quam nox fugit. quia luci contraria. Sicta. lucernarum splendore populo lacere. i. palla qua tigitur

nox luce interista et quodammodo lacera ta. vergi. pt. en. per plures ferebat suppli ceter tristes. Sed quis. igne precipua quada habere cogitatione et origine adeo dicit. Rapidi luminis. i. lucenis intente sicut vergi. i. geoz. dicit rapidi ne potentia solis.

Deo. i. in deo. Mo ses no moyses dicit flameu. quasi igni flagrantem Sacris sentib. i. in spiritus rubi qd sacras dicit qd in illis vidit deum. Vincula pedum nexa. i. quib

calcei erant ligati. Exhodi. liij. solve inquit dominus calciamenti de pedibus tuis. locus est in quo stas terra sancta est. Involucris. i. laqueis et vinculis calceorum. Pollueret locum. quoniam calcei ex morticio constant. unde etiam in sacris magicis Vergilius. libro. iij. en. dicit vnu eruta pedem vestes in vinela recincta. Hunc ignem. aliud ponit exemplum ad confirmandam ignis in divinitatem. Populus inelyti sanguinis. i. ab abraam quem deus elegit ex tanta hominum multitudine. originem ducens. Meritis maiorum non suis sed patrum suorum. Et impotens. pro valde potens. nam in particula in compositione aliquando auget. non qua ratione supra dicit. Mundi scilicet impotentis actio. nam qui malum agit impotens dicitur. nisi forte et hic. impotentem hebreorum pepulum vocat quasi in malum esset pronus. Barbaris. i. aegyptijs. ut in psalmo. dominus iacob de populo barbaro. Per longa ania. adest per desertum. Moverant castra. euntes in deserto per quadraginta mansiones illas de quibus in Exhodo. cap. xv. et infra. et in libro numerorum. cap. xxxij. Caerulę noctis. ad coeli colorem retulit ut supra.

Flammis mobilibus scilicet atria.
Absentem que diem lux agit emula:
Quam nox cum lacero victa fugit peplo.
Sed quis non rapidi luminis arduam
Abanentem que deo cernat originem?
Moses nempe Deum spinifero in rubo
Udidit conspicuo lumine flammeum.
Felix qui meruit sentibus in sacris
Looestis solij visere principem:
Iussus nexa pedum vincula soluere.
Ne sanctum in volucris pollueret locum.
Hunc ignem populus sanguinis inelyti
Matorum meritis tutus et impotens
Suetus sub dominis viuere barbaris.
Jam liber sequitur longa per ania.
Qua gressum tulerant: castra que caerulae

Cathemerinon.

Radius sole micantior. colina ignis. que illos in deserto per nocte ductabat: quemadmodum nubes per die. Et incideter deinde narrat quomodo deus mose duce liberauit populum ex egyptiorum dominatione. Miliaci littoz. i. egypti qua nilus rigat. Felle inuido. quia in felle est inuidie sedes. Quidius. i. meta. de inuidia. pectora felle virent. Clangere

fluctis per medium concita mouerant:
Hebem peruigilem fulgure prauiro
Ducebat radius sole micantior.
Sed Rex Miliaci littoz inuido
Feruens felle iubet praualidam manum
In bellum rapidis ire cohortibus:
Ferratas qd acies clangere classicum.
Sumunt arma viri: se que minacibus
Accingunt gladijs. triste canit tuba.
Hic fidit iaculis. ille volantia
Praefigit calamis spicula gnosis.
Densatur cuneis turba pedestribus.
Currus pars et equos et volucres rotas
Conscendunt celeres: signa que bellica
Praetendunt tumidis clara draconibus.
Hinc iam seruitij nescia pristini
Sens pelusiatis vsta vaporibus
Tandem purpurei gurgitis hospita
Rubris littozibus fessa refederat.
Hostis dirus adest cum duce perfido:
Infert et validis praelia viribus.
Moses porro suos in mare praecipit
Constans intrepidus tendere gressibus.
Praebent rupta locum stagna viantibus
Riparum in faciem peruia. sistitur
Circustans vitreis vnda liquoribus:

pristini seruitij. i. ia liberata a seruitute. Vsto vaporibus pelusiatis. i. egyptiacis. na pelusiu egypti est vrbs iuxta qua hebrei fuerunt in seruitute. Hospita maris purpurei. i. castrametans iuxta mare rubrum. Hostis dirus. p hostes diri. ut vergilius vterq; armato milite coplet. Stagna rupta. i. mare in partes diuiso littozib. tantu distantibus

classici. vtriusq; tubaru est. vergilius. insequitur clamor qd viru clangorq; tubaru. et classicu sonus ipse tubaru dicitur. Tuba canit triste. i. bellicu quenda sonum. Praefigit spicula. idest ferreos acus leos. calamis gnosis. i. cretensibus. nam illi sunt optimi ad sagittarum vsum. vergilius li bro. v. ene. gnosis bina dabo leuato lucida ferro spicula. et in bucolicis. non licet torquere cydonia cornu spicula. na gnosis et cydon vrbes crete sunt. Tumidis draconibus. nam i vellis illa erat forte egyptiorum insignia. vel poti romanor; signa fuerant dracones apud quos draconarij dicti sunt antesignarij. Ses hebreor; .i. nescia



Prudentis.

quantū sufficeret populo traſciedo. Unda circūſtans. i. ab vtraq; parte. Vitreis ſe
 quozibꝫ. i. perlucidibꝫ aquis in vitri modū. Siliſ. i. ſtat et nō ſiuit. Pubes decolor. i. egypti
 pūi nigri. nā ſuſci ſunt ad maris nri orā iteriora. No egypti ethiopię ſiunt. Cōcāno pela
 go q̄ hebrei traſſerūt. Percita. i. incitata ad modum turbine. Unda confuſa. i. ab vtra
 q; parte cōſtinentis in mediā concauū. Reuoluſſi in ſemet. i. contra ſe inuicem. Nigrom
 ſatellitum. i. regis
 qui vt diximus ni
 gri ſunt. Triste
 iuſticiū. appoſiti
 ue. i. ex qua ſtrage
 egyptioꝝ iudiciū
 dum erat iuſticiū.
 qui ſiebat in mag
 na: aliqua reipus
 blicę calamitate.
 eſt autem iuſticiū
 um cuꝝ ob eā cau
 ſam non redditur
 tus. hoc ē tacetur.
 Lucanus in. ij. ſe
 rale per vrbem iu
 ſticium. etc. Junes
 nalis. ſi magna ar
 tūri cecidit domꝫ
 horrida maſ pul
 lati proceres diſ
 fert vadamonia p̄
 tor. Triste auteꝫ
 dixit ab effectu. vt
 vergilius. triſte lu
 pus ſtabulum. Reterere. Hymnographus. queꝫ vox queꝫ poterit lingua reterere. queꝫ tu
 martiribus munera p̄paras. id eſt componere in modum textentis. nam hoc in loco pro
 iterum accipitur. alias vertit verbi ſignificationem in contrarium. vt Quidius. Domi
 tā pharon. id eſt egypti et poſuit partem pro toto. nā pharos contra alexandriā egypti po
 ſta eſt. P̄ſuli iuſticię. id eſt iuſto tuo iudicio: qui p̄ſides. nam pater omne iudiciū
 ſiſto tradidit. Inuium. ex natura ſua. Rapidis eſtibus. id eſt maris inundationibus
 cum feruore quodam. Vergilius primo eueidos. ſurit aectus harenis. et Lucanus in pri
 mo. Eethios vntage lunaribus aectuat horis. Vetas perſultare. id eſt inſuere in vic
 inamiatem. et hoc contra maris naturam. In ſalo reſiūo. id eſt quod alias ex natura
 ſua reſiūm eſt. Cui ieiuna. duo miracula tāgit a deo facta de quibus in Etyhodo cap.
 decimoquinto et decimoſeptimo. ſed a Prudentio p̄poſtere narratur. nam primo ſe

Dum plebs sub bifido permeat æquore.
Pubes quin etiam decolor asperis
Irritata odus rege sub impio
Hebræum sitiens fundere sanguinem
Bludet se pelago credere concauo.
Ibant præcipiti turbine percita
Fluctus per medios æq̄mina regia.
Sed confusa dehinc vnda reuoluitur
In semet reuolans gurgite conſluo.
Lurrus tunc et equos tela que naufraga
Ipfos et proceres et vaga corpora
Nigromum videas nare ſatellitum:
Ercis iuſtitium triſte tyrannicæ.
Quæ tandem poterit lingua reterere
Laudes Chriſte tuas: qui domitam Pharo
Plagis multimodis cædere P̄ſuli
Logis iuſtitix vindice dextera.
Qui pontum rapidis æſtibus inuium

quodam. Vergilius primo eueidos. ſurit aectus harenis. et Lucanus in pri
 mo. Eethios vntage lunaribus aectuat horis. Vetas perſultare. id eſt inſuere in vic
 inamiatem. et hoc contra maris naturam. In ſalo reſiūo. id eſt quod alias ex natura
 ſua reſiūm eſt. Cui ieiuna. duo miracula tāgit a deo facta de quibus in Etyhodo cap.
 decimoquinto et decimoſeptimo. ſed a Prudentio p̄poſtere narratur. nam primo ſe

Cathemerinon.

eundum. id eſt ſecundo in loco primum exponit. Cui. id eſt ad cuius gloriā ſue potē
 tiam. Sara ieiuna. id eſt arida et ſine ſucco. hoc factum in petra areb. quam vīrga per
 cutiens moſes erumpente aqua populū ſatiauit. de quo Etyhodo cap. xvij. Scatebris
 loquacibus. id eſt aque ebullitionibus ſonoris. queꝫ videbantur loqui. ſunt autem ſcate
 bz ebullitiones aquarum ſue alterius liquoris aut alterius rei erumpentes. Vergilius
 primo georgicoꝝ
 Ecce ſupercillo cli
 uoſi tramitis vnꝫ
 dan clicit. illa ca
 dens raucum per
 ſeuia murmur ſa
 ra ciet ſcatebz
 arentia temperat
 arua. Scilla ſi
 lex. vt Vergilius i
 bucolicis. ah ſili
 ce in iuida conſi
 xa reliquit. alias
 generis eſt maſcu
 lini. Sub are ig
 neo. id eſt ſub Loe
 lo calido. quia a
 rabie pare illa vꝫ
 bi hebrei peregr
 nabatur valde me
 ridionalis eſt.

Perſultare vetas: vt reſiūo in ſaluo
Securus pateat te duce tranſitus:
Et mox vnda rapax deuoret impios.
Cui ieiuna via ſara loquacibus
Exundant ſcatebris: et latices nouos
Fundit ſciſſa ſiler: queꝫ ſitientibus
Dat potum populis are ſub igneo.
Inſtar fellis aqua triſtifico in lacu
Fit ligni venia mel velut athicum.
Lignum eſt quo ſapiunt aſpera: dulcius.
Nam præfixa cruci ſpes hominum viget.
Implet caſtra cibus. tunc quoꝫ ninguidus
Illabens gelida grandine denſius
His menſas epulis hac dape conſtruunt:

Inſtar fellis. Hoc narratur in ethodo cap. xv. venerunt inquit hebrei in mare neq; poterant bibere aquas de mari. eo quod eſſent amare. et ſequitur. oſtendit deus moſi lignum quod cum miſiſſet in aquas in dulcedinem verſe ſunt. Lacu triſtifico. id eſt amaro nam triſte pro amaro poſuit vergilius in primo georgicoꝝ cum dixit triſteſq; lupini. et in ſecundo. Media fert triſtes ſuccos tardumq; ſaporem. Genia ligni. i. beneficio. vera gilus primo ſi. orantes veniam et templum clamore petebant. Mel atticum. quod v̄ supra diximus generoſiſſimum eſt. Lignum eſt dulcius pro dulce. Quo aſpera. id eſt amara. ſapiunt. id eſt dulceſcunt. Deſignabat autem lignum illud crucem domini: p̄ quā omnes noſtrę amaritudines erant dulcorandę. vnde hymnographus cecinit dulce ligni dulces clauos. dulce pondus ſuſtinet. Sed ſuſpicio eſt in loco mendium eſſe legendumq; lignum dulce clau dulce pondus ſuſtinet. vt verſus ſtare poſſit. P̄ſiſta cruci. id eſt omnis ſpes noſtra poſita eſt in cruce queꝫ per lignum vt dixi illud ſignificatur. Implet caſtra. duo quoꝫ miracula narrat p̄poſtere queꝫ ſcribuntur in ethodo cap. xvi. hoc eſt mā na quod pluit. et coturnices queꝫ ceciderunt in caſtris hebreoꝝ. Cibus ninguidus. id eſt in modum niuis candicans et cadens. erat enim quaſi ſemen coriandri album. Illabens. cadens. Conſtruunt hebrei. inſtruunt.



Prudentis.

Christus, tunc deus nunc deus et homo cibans nos angelorum pane. Necnon ventus inuehit alites, i. coturnices. Anhelitu imbrifero, i. spiritu ferente illas quasi umbrem. Huibe crassa, i. in morem nubis crasse. Quae agmina, coturnicibus. Conflata in humum, i. flatu proiecta. Fuga reduca, i. a periculo illas liberanti, alias reduces a periculo liberati passim, sic vergilius, reduces socios et reduces agnos primo est, dicit. Pietas numinis vnici

i. vnici dei, non multi ut apud ethnicos habebatur. Mysticis dapibus, i. figuratis in lege veteri. Fessos ille, quod narrat in exodo de populo israelitico ex egypto liberatione, et reductione in terram canaan per desertam hoc est in terram lacte et melle fluentem; designat quod deus vocat nos per labores ad paradysum voluptatis dicit igitur, Ille, scilicet deus vnici Reges populorum, scilicet christianorum sibi peculiarium. Discissis turbibus, i. dissipatis, omnibus qui possunt nos perire

bare. Vocat nos fessos, ex hac via qua peregrinamur fatigatos. Per freta seculi, ut hebreos vocabat per mare rubrum. Et precipit, animas tactatas mille laboribus, ut hebreos per desertam huc et illuc vagantes. Scandere in patriam iustorum, ut hebreos in terram promissionis quo illos vocabat. Illic, i. in patria quo nos vocat quam metaphoricè describit, quasi paradysum hoc est ortum voluptatis. Fragrat, odorem spirat. Unda ex fonticulis fugacibus, i. fluentibus per terre superficiem, atque illam rigantibus. Fundit, i. perfundit et rigat. Caltha pinguis, id est flores erimios qui calthæ genere foemino potius dicuntur. Vergilius in bucolicis, mollia luteola pingit vacinia caltha, et Columela, flauentia lumina calthæ, nam flos ille pallens est. Et molles violas, cui vergilio dicit molles nam ille mollia vacinia scribit. Balsama desudata, que quasi ex sudore desunt; erecturque. Spirant, id est suauem odorem emittunt. Iuuenalis, spirantesque crocos et in

Quam dat sydereo Christus ab æthere.
Necnon imbrifero ventus anhelitu
Crassa nube leues inuehit alites:
Quæ conflata in humum cum semel agmina
Fluxerunt reduci non reuolant fuga.
Hæc olim patribus præmia contulit
Insignis pietas numinis vnici:
Luius subsidio nos quoque vescimur
Pascens dapibus pectora mysticis.
Fessos ille vocat per freta sæculi
Discissis populum turbibus regens.
Tactatasque animas mille laboribus
Iustorum in patriam scandere præcipit.
Illic purpureis tecta rosarijs
Omnis fragrat humus: caltha que pinguis.
Et molles violas et tenues crocos
Fundit fonticulis vnda fugacibus.
Illic et gracili balsama surculo
Desudata fluunt, raraque cinnama.

Lathemerinon.

vena perpetua ver. Et folium quod sic proprie dicitur unde vnguenta foliata, de quibus Iuuenalis, moechis foliata parantur. Fonte quod abdito vult significare folium ex paradiso voluptatis originem habere ex fonte unde oriuntur quattuor illa flumina. Portat in exitum, i. ostium quo exit in mare. Concentu parili, Atqui vergilius dicit, est mihi disparibus septem compacta cicutis fistula, sed cum per se voces sint dispares in consonantia sunt

pares. Sunt et spiritibus, quod apud inferos aliquando sunt forte hoc est festa in quibus iudicia non exercentur sicut legitur apud Ouidium libro, x, meta, et apud Vergilius, in, iii, geor, cum orpheus descendit ad inferos petiturus a diis infernis Eurydicen uxorem suam, ut poete fabulantur. Hinc itaque dicit autor idem contigisse quo tempore saluator noster descendit ad inferos ut inde educeret factorum animas. Serie celebres, que celebrantur apud illos nos exercendo pocnas solitas.

Spirant et folium, fonte quod abdito
Prælabens fluius portat in exitum.
Foelices animæ præta per herbida
Concentu parili suauè sonantibus
Hymnorum modulis dulce canunt melos,
Calcant et pedibus lilia candidis.
Sunt et spiritibus sæpe nocentibus
Poenarum celebres sub styge feræ
Illa nocte: sacer qua rediit deus
Stagnis ad superos ex Acheronticis:
Non sicut tenebras de face fulgida
Surgens oceano lucifer imbuitt:
Sed terris domini de cruce tristibus
Maiores sole nouum restituens diem.
Marcent supplicij tartata mitibus.
Exultat que sui carceris otio
Umbrarum populus liber ab ignibus:
Nec feruent solito flumina sulphure.

Quæ
lyce.

Sub styge, palude inferna, dii cuius iurare timent et fallere numen, ut dicit Vergilius, in, vi. Illa nocte subaudi tales serie fuerunt. Ex stagnis acheronticis, i. ab inferis, ubi est acheron fluius. Nam quemadmodum in argumento huius odes diximus: illa nocte qua christus rediit ab inferis hic hymnus peculiariter canitur: in quo fuit consuetudo apud antiques quos per domos lumina complura disponere ex omni materia que potest præbere alimentum igni. Illa nocte suspèditur sententia usque ad illam versum nec feruent solito flumina sulphure. Surgens, i. deus homo. Imbuitt tenebras, i. implet inferos. De face fulgida, i. suo splendore, non sicut lucifer imbuitt tenebras: quia lux illa luciferi breuis est atque maligna. Sed maior sole, i. maior lucem præse ferens quam sol. Restituens diem, i. fugatis tenebris. Marcent, languescunt. Umbrarum populus, i. animarum que erant apud inferos. Soltio sulphure, phlegmatone sicut que igneus est nam phlogos. Est ignis quo miserorum anime purgantur. Vergilius, in, vi, iustitiam elucifescit aut erunt igni. Et iuuenalis, i. que darent sulphura est tædis



Prudentii

Hos christiani representantes lucem illam qua christus nocte illam illuminavit. Et a
himus noctem. i. vigilamus. Concilijs fests. i. celebribus. Per pia gaudia. i. religiosa.
et spiritalia. Congerimus vota. i. concipimus vota. Et agimus liba. i. offerimus munera.
Extracto saccharo. i. composito vbi talia dona reponuntur. Mobilibus fimbriis. i. qui
huc et illic agitantur. vt supra flammis mobilibus dixit. Que suffixa pendet. Vergilius
pri. en. dependet lya
chni laquearib' au
rels. Forat' uatatis
b'. quia in lucerna
flama illa natat su
per oleo qd e fomes
et alimentu ignis.
Vt'ro perspicuo.
l. trans luceti. Cred
das coparat lumis
na et laquearibus
dependentia coelo
stellato. Credas. i.
credere possis. A
ream stelligeram. i.
coelum stellatum
quod in pellis mo
dum est expansum
Stare desuper. i.
in tecto splendere.
vergili' stant lumi
na flama. Semis
nis trionibus quia
due sunt arci. i. ma
ior et minor Verg.
pri. geor. perq' dus
as i' moze fluminis
arctos z credas lide
sp'eros purpureos.
i. luciferos pulchros. na eadēq' stella e lucifer z hesper'. eadē veneris stella sz. Spargier
p' spargi i coelo. ea pte. Qua temo regit fugū bosphoreū. i. in parte septentrionali vbi est bos
phoz' siue thractus siue cimere'. Na vterq' subiect' est arcino siue beoety et plausro. Q
res digna de'. ordo est. Lucem pro lux. sic Vergi. vrbē quā statuo vestra e. p vrb. Principio
noctis roscida e roze qui per noctem spargit et per diē euanescit. Reliqua premia. i. tna et
a renobis data. Tu lux quasi offerat lucernā olei hoc dicit. Lux oculis exteri'. lux sensib' b
teri'. Suscipe lumē lucernā hanc. Tinctū vnguine. i. pingui oleo sed est sit vngūe oē pi
gue quo vngi possum'. vt persi' foenisecc' crasso vitiarit vnguine pulrea. addit Christum
pacifici. i. olei. quod ex oliua cōcinatur q' insigne pacis est vt supra diximus. Per te clau
sula est in omnibus petitionib' christianozi cōsuetā. Suscipe inquam o sūne pater.

Hos festis trahimus per pia gaudia
Noctem concilijs: vota que prospera
Certatim vigili congerimus prece:
Extracto que agimus liba sacrario.
Pendent mobilibus lumina fimbriis:
Quæ suffixa micant per laquearia.
Et de languidulis fota natatibus
Lucem perspicuo flamma iacit vitro.
Credas stelligeram desuper aream
Quatam geminis stare trionibus.
Et qua bosphoreum temo regit iugum
Passim purpureos spargier hesperos.
O res digna deus: quam tibi roscidæ
Noctis principio grex tuus offerat:
Lucem. qua tribuis nil pretiosius.
Lucem. qua reliqua præmia cernimus.
Tu lux vera oculis. lux quoq; sensibus.
Intus tu speculum. tu speculum foris.
Lumen. quod famulans offero. suscipe.
Tinctum pacifici christumatis vnguine.
Per christum genitum summe pater tuum:

Cathemerinon

In quo stat gloria visibilis. cum sis tu invisibilis. Qui noster dominus. per redemptio
nem peculiariter dominus vt in simbolo confitemur vnica dominus nostrum. Spiritus pa
raclit' de patris corde. q. d. q. ipse spirat et pater spirat. Per quem. i. vngentum. na pa
ter per filium oia agit
Continuat regnū
.i. regnat et viuit.
Huiusmodi triplici.
i. personarū trinita
te. Rexens. i. con
tinuās. Saecula
saeculis. i. nō dura
tione aliqua finita
nam saeculū est spa
cium centum anno

In quo visibilis stat tibi gloria.
Qui noster dominus. qui tuus vnicus
Spirat de patris corde paraclitum.
Per quem splendor. honos. laus. sapientia.
Abastitas. bonitas. z pietas tua
Regnum continuat namine triplici
Rexens perpetuis secula seculis. Amen. Finis.

rum sed cum dicimus saecula saeculorū aeternitatē intelligimus.

Hymnus ante somnū.

Hymnus ante somnū.

Ades pater supreme:
Aque nemo vidit vnquam:
Patrisq; sermo Christe
Et spiritus benigne.
O trinitatis huius
Tis vna. lumen vnum.
Deus ex deo perennis.
Deus ex vtroq; missus.
Fluxit labor diei.
Redit et quietis hora.

Ades pater supreme. Carmen mono
color. dimerū tambicū catholoci
cum. constat tribus pedibus et syllaba.
cui si altera adderetur esset dimerū inte
grum. Hymn' hic cantur siue canendus
esset antea q' irem' cubiti. Inuocataq; i
primis trinitate multa de somno narrat
qui cum datus sit homini a deo imorta
tali ad reparandas corporis et animi vi
res multa in eo contingunt partim hone
sta et partim turpia. dicitq; debere nos les
cto tradere signatos cruce: vt aduersari'
noster diabolus non suggerat nobis aut
vigilantib' aut dormientib' vanas ima
gines. zc. Pater supreme. a quo est omnis paternitas in coelo et in terra. ad ephesios ca.
ii. Que nemo vidit vnquam. Job. cap. pti. Christe sermo patris. i. verbi. Sap. r vii. dū
medium silentium tenerent oia omnipotens sermo tuus a regalibus sedibus descendit.
Spiritus benigne. proprie de spiritu sancto benignus quasi bonus ignis propter amozē.
Tis vna huius trinitatis. de spiritu sancto loquitur. Nam et filius brachii dei figurat
dicitur. vt Esai' ca. ii. brachiū domini cui reuelatum est. et spiritus sanctus dei appellat' vi
gitus. vt luce cap. xi. si in digito dei eijcto d' montā et tamē omniū trū personarū eadez
est vis et potestas lumen vnum. quia quamuis filius sit lumen delumine vt in simbolo ca
nimus. et ad hebreos cap. pti. qui cum sit splendor patris et figura substantie eius et spiri
tus sanctus sit ignis hoc est amor ab vtroq; inspiratus: omnium tamen trium vnus est lu
men. Deus ex deo. de filio vel spiritu sancto potest dici potius qz subditur deus ex vtroq;
missus. i. inspiratus. Labor diei. quia per diem vigilamus cum vigilia sit labor etiam si
nihil agamus quemadmodum ediuerto somnus sit quietes.

C ii



UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

GREDOS.USAL.ES

Et tristim. quia nunc laboramus nunc
 quiescimus. Mens aestuans. i. per dies
 negotijs perturbata et diffusa. Pocu-
 lum obliuiale. i. somnū per fūsum succo
 lethaeo. i. qui obliuionem omnium rerū
 affert secum unde subdit vis lethaea. i. le-
 thes fluitus inferorum de quo Verg. in
 vi. lethaeū ad flumē deus euocat. et ibidem
 lethaei ad flumē vndas secures latice
 r longa obliuia potant. Serpit per om-
 ne corpus. Vergi. pri. en. temp^o erat quo
 prima quies mortalibus aegris incipit
 et dono diuī gratissima serpit. **Lex** hęc
 quoniam vel munere hoc datū est morta-
 libus. **Membris caducis.** labore defa-
 tigatis. **Soluptas medicabilis.** i. volu-
 ptuosa medicina laboris. **Quies amica**
 somnus. **Omnes venas.** i. omnia in-
 teriora. **Placat mulcet.** **Pect^o feriat^o**
 tum. i. otiosum et nihil agens. qui per fe-
 rias nihil operatur **Rigante somno.**
 vergi. in pri. at venus astanto placidā p-
 mēbra quietem irrigat. **Sensus.** i. ani-
 mi acrimonia. que homine dormiēte vi-
 gilat unde canticoiū. v. Ego dormio r cor
 meū vigilat. **Per figuras.** i. per phan-
 tasmata: que sunt rerū quas vigilantes
 sensim^o imagines. **Quę sunt operta.** i.
 alioqui occulta. **Purus fons ab æthra.**
 idem alijs verbis dicit. **Est autē æthra**
 æthris splendor. vergilius. iij. en. et lucis
 dus æthra sydereā polus. **Fingit sibi**
 facies. i. phātasmatā. **Victu tenui.** i. sub-
 tili quādā contemplatione. **Sed sensa**
 i dimidio vite bonos amatis nihil differ-
 re scribit Aristoteles in pri. ethicoz. hoc
 est in somno: nisi quantum meliora sunt
 visa proborū hominū q̄ quorūncūq. id
 nūc dicit prudenti^o. q̄ dispar horroz. i. in
 somniū quod homines terret somniātes
Sensa. pro sensus animi interiores.
Splendor intererrat. i. lumen quoddam
 occurrit ipsi animo.

Prudentij

Blandus sopor vicissim
Fessos relatat artus.
Mens aestuatis procellis
Curis que sauciata
Toris bibit medulis
Obluiale poculum.
Serpit per omne corpus
Lethaea vis nec vllum.
Miseris doloris ægri
Patitur manere sensum.
Lex hęc data est caducis
Deo iubente membris:
Ut temperet laborem
Medicabilis voluptas.
Sed dum pererrat omnes
Quies amica venas:
Pectusq; feriatum
Placat rigante somno:
Liber vagat per auras
Rapido vigore sensus.
Variatq; per figuras.
Quę sunt operta cernit.
Quia mens soluta curis
Lui est origo coelum
Purusq; fons ab æthra:
Iners iacere nescit.
Imitata multiformes
Facies sibi ipsa fingit:
Per quas repente currens
Tenui fruatur actu.
Sed sensa somniantum
Dispar fatigat horroz.
Nunc splendore intererrat:

Cathemerinon

Qui dat futura nosse.
Plerumq; dissipatis
Mendax imago veris
Animos pauore moestos
Ambage fallit atra.
Quem rara culpa morum
Non polluit frequenter:
Nunc lux serena vibrans
Res edocet latentes.
At qui coinquinatum
Titius cor impiavit:
Lulus pauore multo
Species videt tremendas:
Hoc patriarcha noster
Sub carceris catena
Seminis simul ministris
Interpres adprobavit.
Quorum reuersus vnus
Dat poculum tyranno.
Est alterum rapaces
Fixum vorant volucres.
Ipsa deinde regem
Perplexa somniantem
Mouit famem futuram
Clausis cauere aceruis.
Ador præsul ac tetrarches.
Regnum per omne iustus
Sociam tenere virgam
Domine resedit aula.
Quę profunda iustis
Arcana per soporem
Asperit tuenda **Christus.**

ephas. Resedit aule domine. i. p̄cedit in aula domini omnium rerum ægyptiarum. Tu
 enda. i. intuenta. et videnda.

Qui dat nosse futura. unde ex somno
 vñs imaginibus. multi predicāt futura.
 qualla fuerunt que de ioseph et danielo
 legitimus. **Plerumq;** dissipatis. hoc et Ari-
 stoteles dicit quod ebrijs et crudis phan-
 tasmata perturbantur. et illorum insom-
 nia nihil habēt veritatis. **Mendax** ima-
 go. i. phantasma nihil significans. **Vni**
 mos moestos. timentes sibi aliquid inde
 infortunium. **Atra** ambage. i. obscura
 ænigmatē: quod non possunt interpreta-
 ri: cum nihil vt dixim^o significant. **Quę**
 rara. i. qui raro peccat. **Itam** si dixerim^o
 quod peccatum non habemus nos met-
 ipsos fallim^o. quoniam vñs nemo sine na-
 scitur. **Vibrans** hunc. i. irradiās et illu-
 minans sic infra econtrario gladius ful-
 gurans pro vibrans. **Imprauit.** impisi
 et inmundum fecit. sicut expiare est mun-
 dare sacrificio. **Species** imagines. **Hoc**
 patriarcha. exemplo ioseph probat qđ
 dixit. ex Gen. ca. xl. ordo est ioseph noster
 patriarcha subaudi positus sub catena
 carceris. **Interpres.** i. somniorū coniectoz
 approbavit hęc. i. verū esse probavit. **Se-**
 minis ministris. i. pincernę et pistori re-
 gis. **Quorū** vnus. i. pincerna. **Est** al-
 terū. i. pistorem. **Somniantem** perplexa
 ex. cap. xli. quod somnū pharaonis ne-
 mo peterat interpretari: sed ioseph illud
 explicauit. **Mouit** cauere. i. aretre **Cla-**
 uis aceruis. i. frumenti. **Præsul.** a rege
 non solū amonę sed r caeteris rebz p̄c-
 fecit: ita vt post regē esset p̄im^o. dicit enī
 illi pharao vno tantū regni solio p̄cedē-
 te. et que sequitur. **Tetrarches.** vnus de
 quattuor regibus dicitur. vt herodes tet-
 trarcha herodis superioris fil^o quia par-
 ti quartę regni erat p̄fect^o. sed hic tan-
 tum pro regni particeps posuit vt hora-
 tius p̄io. sermo. modo reges atq; tetrar-



Prudentij

Quam tacēda. vt de paulo qui vidit secreta que non licet homini loqui. Euangelista. s. iohannes qui per angelū vidit ea que in apocalypsi. narrantur. vidit autē nō oculis sed mēte neq; in somnis sed vigilans. quanquā sedul^o videt inuere qđ in somnis vidit iohannes omnia illa: que scribit. Hieronym^o autē in prologo apocalypsis vbi tria visionum genera ponit hanc iohannis reuelationes: in qua reuelate angelo vel pot^o spū sancto nō tm figurat spū vidit: sed etiā sūta mēte intellexit. Remotis nebulis. i. sine villo impedimēto ad cōtēplandū. Que latebāt signata. i. libro. s. de quo Apoca. ca. v. et vidi in qđ librū scriptū it^o et foris signatū sigillis septē. Ip sū tonantis agnū. i. dei p̄tis filiū: qđ est agn^o tollēs pctā mūdi. Purpurātē decede de quo subdit euangelista. et vidi idē agnū stāte tāquā occisū hñtē cornua septē et oculos septē. Qui resignat. i. aperit. Erg. i. itij. est et lumina morte resignat. Mā sic intelligēdū qđ dat sonos. i. mortē. et adiut dās vitā et resignat. i. aperit ex morte. Cōsiliū futuri. i. i quo vētura scripta erāt. Gladi^o anceps de quo in apocalypsi. ca. xix. de oecino pro cedit gladius ex vtraq; parte acutus: vt in ipso percutiat gētes. Fulgurans p vibrās sicut supra e contrario posuit lux serena vibrans p fulgurans. Quæstor pro criminū quæstor. vt apud Verg. li. vi. en. quæstor minos vrnā mouet ille silentiū. et hoc quia pater offic iudiciū dedit filio. Bis timendus. i. anceps hoc est ab vtraq; parte scindens. P̄ria et seclūdas. hoc est naturalis et que per pctā venit de qua apocalypsi. xx. infern^o et mors missi sūt in stagnū ignis. hec est mors secunda. Ultor criminū vindex tñ benign^o. quia mīa et veritas obuiauerunt simul iusticia et pax osculatae sunt Resūdit repunit: neq; tñ in nos facit quantum nos peccauim^o. paucos qui scī licet sunt immedicabiles. Tribunal perens ne. qz illi data est potestas in coelo et i terra. Mat. vlti. et qđ paulo aī dicit. pater oē iudiciū dedit filio. Nōmē supra omne nōmē ad Phil. ca. ii. ppter qđ et de^o exaltauit illum et dedit illi nōmē qđ est super oē nō

**Quam clara. quam tacenda.
Euangelista summi
Fidissimus magistri
Signata quæ latebant
Nebulis videt remotis.
Ipsū tonantis agnū
Decede purpurantem.
Qui consciū futuri
Librū resignat vnus.
Huius manū potentem
Gladius perarmat anceps.
Et fulgurans vtrinq;
Duplicem minatur ictum.
Quæstor ille solus
Vimē que corporis que
Ensis que bis timendus
Prima. ac secunda mors est.
Idem tamen benignus
Ultor retundit iram:
Paucos que non piorum
Patitur perire in æuū.
Huic inclitus perenne
Tribuit pater tribunal:
Hunc optinere iussit.
Nomen supra omne nomen:
Hic præpotens cruenti
Extinctor antichristi
Qui de furente monstro
Pulchru; refert trophæum.
Quam bestiam capacem
Populosq; deuorantem.**

Lathemerinon.

**Quā sanguinis charybdim
Iohannes execratur.
Hanc nempe quæ sacratum
Præferre nomen aulæ
Imam petit gebēnam
Christo perempta vero.
Tali sopore iustus
Adentem relaxat heros:
Ut spiritu sagaci
Coelum peragret omne.
Nos nil meremur horum:
Quos creber implet error:
Concreta quos malarum
Ultiat cupido rerum.
Sat est quiete dulci
Fessum fouere corpus.
Sat si nihil sinistrum
Ciuum simul. ac moribunduz
Hominem pater effigisti.
Tua sunt. tua rector vtraq;
Tibi copula iungitur horum.
Tibi dum vegetata coharent
Spūs simul z caro viuūt.
Rescissa sed ista seorsum.
Soluunt hominē perimuntq;
Humus excipit arida corpus.
Anima rapit aura liquorē.
Quia cuncta creata necesse est
Labefacta senescere tandem.
Compactaq; dissociari.
Et dissiona texta retexi.

Cathemerinon.

Hanc tu deus optime mortem
Famulis abolere paratus.
Iter inuolabile monstras.
Quo perdita membra resurgant.
Ut dum generosa caducis.
Leu carcere clausa ligantur:
Pars illa potentior extet.
Quae germē ab aethere traxit.
Si terrea forte voluntas.
Luteū sapit z graue caprat.
Animus quoq; pōdere victus
Sequitur sua membra deorsum.
At si generis memor ignis
Contagia nigra recuset:
Ulehit hospita viscera secum.
Pariterq; reportat ad astra.
Nam quod requiescere corpus
Uacuu sine mente videmus.
Spacium breue restat. vt alti
Repetat collegia sensus.
Uenient cito secula. cum iam
Socius calor ossa reuolat.
Animataq; sanguine uiuo.
Habituacula pristina gesser.
Que pigra cadauera pudem
Tumulis putrefacta iacebat:
Uolucres rapiuntur in auras
Animas comitata priores.
Hinc maxima cura sepulchris
Impeditur. hinc resolutos
Honor vltim accipit artus.
Et funeris ambitus ornat.
Landoze nitentia claro

labile. i. incorruptu z rectum. Et dum. haec est via qua dicit. vt qdū sumus in hac vita mortali cogamus parte illam irrationale que luctatur aduersus spiritū obteperare rationi. quod est philosophari hoc est animu a corpore separare per contemplationē. Generosa caducis. i. anima immortalis cum corpore mortali. Clausa cen carcere. secundu platonis opinionē. atq; illud etiam significat apostolus cum dicit miser ego homo quis me liberabit a corpore mortis huius. Pars illa. i. animus. Extet. emicat z dominetur parti illi appetitue. Si terrea. sensus: qz si ratio sequitur appetitū vinciturq; ab eo: vterq; descendet in gehennā ignis. Voluntas terrea. i. appetitus irrationalis: qui corp. z terrena sapit. que ponderosa sunt. Si sapit lacteū. nō obediens rationi. Et caprat graue. i. ea que se habent ex parte carnis. Animus victus. a parte illa irrationali. Sequitur sua membra. cum alio qui ex natura sua que est ignea tēdere debuerit in sublime. Ignis generis. i. a quo ducte genus vt supra diximus. Contagia nigra. ab effectu que illum reddunt pie nigroz. Ulehit hospita. i. carnem cuius natura est deorsum tendere. que in coelo hospes erit animus autem indigena. Spaciu breue. comparatione cemitatis. Collegia alii sensus. i. societatem animi qui altus sentit: z profunde inteligit. Calor soci. idest animus ad carnis presentiam in corpore sequitur calor. Gesser habitacula. idest corpus quod est suum domicilio. In auras volucres. i. quas prius habuerant. Hinc idest propter resur. ectionis spem. Ultimus honor. vergilius eteine in migrato suprema ferebat munera. Funeris ambitus. i. finis ambitio sum: hoc est quod honore causa paratur.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

CRUCIOSALES

Lathemerinon

Linteae, velamina quibus mortui inuoluntur, aut que super inieciuntur. Myrrha, martha, et olentem funera myrrha. Sabaeo, thureo. Data somno, unde in sacris litteris mortui dormire dicuntur. Vt non est mortua puella sed dormit et illud amicus noster lazarus dormit. Sopor gelidus, mors. Frigida, ab effectui. Vergil. In. iij. est. et cum frigida mors, aia subduerit artus. Opus, benigni, vni ex septem operibus misericordiae. Prius, hoc est imprimis, quia opera misericordiae que pauperibus exhibentur, sibi imputandas christus faceret. Sinitu dare sub vna forte. I. in morte alieutus vt gemamus. Iuuenalis, mollissima corda humano generi dare se natura fatet que lacrymas dedit Natura imperio gemimus cum fune adulte virginis occurrat. Cognata nobis, i. eiusdem speciei quam omnes homines ex aequo participant. Sator tobie. Ex volumine ipsi Tobie, cap. ij. vbi hoc narratur. Pretulit quia relicto praedio mortuum detulit in domu vt sub tempore vespertinum sepeliret. Stantibus, vt i ferrent ferula praesuro. Lumina nefela solis, i. oculos excaecatos. Illita felle ex pisco, vt scribitur eiusdem libri, cap. xi. Mordax et amara, quale est fel ex quo tobias visum recepit.

Prætere linthea mos est.
Asperasq; myrrha sabaeo
Corpus medicamine seruat.
Quid nam sibi saxa cauata?
Quid pulcra voluit mōumēta:
Res quod nisi creditur illis
Non mortua sed data sōno?
Hoc prouida christi colarū
Pietas studet: vt pote credēs
Fore protinus omnia viuā.
Que nūc gelidus sopor vrget.
Qui iacta cadauera passim
Miserans tegit aggere terrae:
Opus exhibet ille benignum
Christo prius omnipotenti.
Quia lex eadem monet omnes
Sinitu dare forte subima:
Conataq; funera nobis
Aliena in morte dolere.
Sancti sator ille Tobiae
Sacer ac venerabilis heros
Dapibus iam rite paratis
Ius praetulit exequiarum.
Iam stantibus ille ministris
Lyathos et ferula liquit.
Studioq; accinctus humādi
Fleto dedit ossa sepulchro.
Veniunt mox praemia coelo:
Pretiumq; rependit ingens.
Nam lumina nescia solis
Deus inlita felle serenat.
Iam tunc docuit pater orbis
Quam sit rationis egenis
Mordax et amara medela

Lathemerinon

Cum lux animū noua verat.
Docuit quoq; nō prius vllum
Coelestia cernere regna.
Quā nocte et vulnere tristi
Tolerauerit aspera mundi.
Mors ipsa beator indet.
Quod per cruciamina leti
Vltima panditur ardua iustis.
Et ad astra doloribus itur.
Sic corpora mortificata
Redeunt melioribus annis.
Nec post obitum recalescens
Compago fatiscere nouit.
Hæc quæ mō pallida tabo
Color albidus inficit ora:
Tunc flore venustior omni.
Sanguis cute tinguet amoena.
Iam nulla deinde senectus
Frontis decus inuida carpet.
Adacies neq; sicca lacertos
Succo tenuabit adeso.
Morbus quoq; pestifer artus.
Qui nūc populatur anbelos
Suanunc tormenta resudans
Lucet inter vincula mille.
Hunc eminus aere ab alto
Vicitrix caro ianq; perennis
Cernet sine fine gementē
Quos mouerat ipse dolores
Quid turba superstes inepta.
Clangens vltima miscet?
Cur tam bene condita iura?
Luctu dolor arguit amens?
Iam moesta quiesce querela.

Lux noua, que nō potest acipi nisi ex amaritudine. Coelestia regna, vbi est illa lux inaccessibilis. Noctē et vulnere id est ex tenebris vulnere factis, sicut tobias ex stercore hirundinis caecatus. Astra itur doloribus, vergilius, discipulus et ex me virtutē verosq; labores: quia sic itur ad astra. Redeat melioribus annis id est in aetate plenitudinis christi vt ait apostolus. Fatiscere, quia post resurrectionem non erit alia mors. Color albidus, qui sequitur cadauera. Sanguis venustior, pulchrior. Linguet, colorabit, unde dicitur tinctores. Cute amoena, id est que infectio faciet cutē hylarem. Senectus inuida, i. que nobis inuidēs cito venit, unde gallus aemula quid cessas finem properare senectus. Decus frontis, i. pulchritudinē faciei. Adacies sicca, sicut contrario corpulentia succi plena. Succo adeso, i. consumpto ab a deiendo. Morbus pestifer, quasi de deo morborum praeside dicit, de quibus vergilius in sexto, pallentesq; habitant morbi tristisq; senectus. Resudans sua tormenta, i. qui nos torquet et sudare cogit. Lucet inter vincula, i. regnat inter nos impediens operationes membrorum. Caro vicitrix, i. corpora nostra tam gloriosificata vtoti sui copos, aut que vicit mundum. Gementē, quasi deum vt dixi more poetico illum fingit. Quid turba, inuehitur in eos qui mortuos lugent: quoniam videntur de resurrectione desperare. Clangens, clamitans, aut ad tubarum clangorem retulit: quibus in funeribus utebantur, vergilius, insequitur clamorq; virum clangorq; tubarum. Condita iura, id est leges adeo et natura bene et iuste latas.



Prudenti

Sua pignora suos filios. Reparatio vite, quia per hanc mortē itur ad illam vitam.
Sic semina sicca. Joannis cap. xij. nisi granum frumenti cadens in terrā mortuū fuerit.

Meditantur, an imitantur immo vero referunt. Hunc suscipe, terrā alloquitur quā

defuncti matrem. Membra nominis, idest partem minimā totius: que retinet tantum nomē vt dicatur hic est sepultus antonius aut iōanes. Sequestro, idest ad tempus depono. Fragmina, i. frusta et partē. Generosa, quia fuit vt statim dicit habitaculū anime. Ad ore faecoris, qui spirant in hominē spiraculū vite. Sapientia feruens, quia sapuit et uiguit, unde et illa dicuntur feruere que frequentantur, vt vergilius pino enerb. feruet opus. sicut e contrario frugere que torpescunt. In istis, subaudi membris.

Principe christo, qui fuit christianus et in baptismate accepit salem sapientie.

Tu, o terra. Tege depositum, quod summa fide reddendum est. Ille factor idest deus hominis plasmator. nam factor dicitur qui ex luto format fictilia.

Require sua munera, idest suum opus in die resurrectionis omnium hominū.

Et aenigmata proprii vultus, i. figuraz ad imaginē suam factam. quid si legas scemata. Tempora iusta, que pater posuit in potestate sua. Impleat omnem spem, i. resurrexerit quā speramus et expectamus vt in simbolo cantimus. Pa-

refacta, i. tu o terra aperta. Quale tradidit, idest non solum quantum ad corpori

incamenta sed etiam quantum ad qualitates: modo non sunt ad imperfectionē

Non si, sensus est: qd etiam si homo dilapsus fuerit in cineres et cinis ipse dispersatur nō tamē neq; capitis capillus ex eo peribit vt scribitur. Fauillis, i. fauillas. Cinisculus arens, quod proprium cineris est: unde et plurimū humoris bibit, vergilius, vt. exerb. postquā collapsi cineres et sūma quatenit reliquias vino et bibulam lauere fauillā. Mensura pugilli, i. quē possit capere pugillus. Vaga flamina, i. venti.

Non si cariosa vetustas

Dissoluerit ossa fauillis.

Fueritq; cinisculus arens.

Minimi mensura pugilli.

Nec si vaga flamina, et aure

Vacuum per inane volantes

Tulerit cum puluere neruos.

Dominem periisse licebit.

Lacrymas suspēdite matres.

Nullus sua pignora plangat

Mors hęc reparatio vitę est.

Sic semina sicca virescunt.

Jam mortua, iamq; sepulta,

Quę reddita cespite ab imo

Veteres meditantur aristas.

Nunc suscipe terra fouendum,

Bremioq; hunc concipe molli

Mois tibi mēbra sequestro

Generosa et fragmina credo,

Animę fuit hęc domus olim

Factoris ab ore creatę

Feruens habitauit in istis

Sapientia principe Christo.

Tu depositum tege corpus

Non immemor ille requiret

Sua munera factor et auctor

Propriq; enigmata vultus.

Veniant modo tempora iusta

Cum spem deus impleat oēm

Reddat patefacta necesse est

Qualem tibi trado figurā.

Non si cariosa vetustas

Dissoluerit ossa fauillis.

Fueritq; cinisculus arens.

Minimi mensura pugilli.

Nec si vaga flamina, et aure

Vacuum per inane volantes

Tulerit cum puluere neruos.

Dominem periisse licebit.

Cathemerinon

caute
lege
0
Sed dum resolubile corpus

Reuocas deus, atq; reformas

Qua nam regione iubebis.

Animam requiescere puraz;

Bremio senis abdita sancti

Recubabit vt est Eleazar

Quę floribus vndiq; septum

Dives procul aspicit ardens.

Sequimur tua dicta redeptor:

Quibus atra morte triūphans

Tua per vestigia mandas

Socium crucis ire latronē.

Patet ecce fidelibus ampli

Via lucida iam paradisi:

Licet et nemus illud adire

Homini qd ademerat anguis.

Illud precor optime ductor

Famulam tibi precipementē

Genitali in sede sacrari.

Quā liquerat exul et errans.

Nos tecta fouebimus ossa

Uiolis et fronde frequenti.

Titulumq; et frigida saxa

Liquido spargemus odore.

Sed dum, idest inter diem mortis et diē iudicij. Animā puram, peccatis nō inquinatam. Bremio sancti senis, i. in sinu abraam. Ubi est eleazar, idest lazarus de quo in euāgelio, et eleazar nomen est integrum a quo est abscisus lazarus.

Floribus septum, alludit ad paradisi hoc est horti nomen. Dives, qui induebatur purpura et bysso. Morte atra, i. de morte. Socius crucis, idest qui etiā in cruce passus est tecum: cum illi dixisset Hodie mecum eris in paradiso. Patet ecce, ex eo tempore. Illud precor, quid si legas illic precor. In sede genitall, i. unde duxit originem. Exul, propter peccatum inde pulsa. Uiolis, quod hodie faciunt mahumetis sectatores.



Prudentis

Hymnus octavo kalendas Januarij.

Quid est quod arctū. Carmen est quale illud ales diei nuncius. canitur in die natalis christi in quo multa de vtraque illius generatione hoc est aeterna et temporali et de ijs que contigerunt circa christi natalē: quez dicit tandem esse venturum iudicem bonorum et malorum. Nam de vtroque eius aduentu ecclesia facit mentionē eo tempore. atqz addit etiā

de cotidiano aduentu per gratiā. Quid est. phantasia est poetæ qui fingit se mirari qd illud est qd dies qui ante illud tēpus decrecebāt nascent christo incipiūt crescere: vt possit cōmodissime aptari qd de illo Joannes dixit oportet illū crescere me autem minui. nā Joannes natus est sole peragrante cancri p̄ncipiū quo die incipit dies decrecere christi vero satis cōstat natū sole intrāte p̄ncipiū cap̄ corni quo die incipit dies crescere Arctū circuli. i. tropici cap̄corni quē sole deserit bēte relinquit supra horiōtē minimā portione. vsi dies ē breuis. de quo Verg. l. c. i. quid cantū oceano properent se tingere soles hiberni. Sol recurrentis. i. retro et versus nos currens cū antea procurrisset a nobis. Deserit subaudi arctū circulus Tramitē lucis. i. facit dies longiores. et incipit in dies minuire tenebras noctis. Festiā dies. i. q̄ breuis erat iā et p̄perabat ad occasus. q. d. oia iā p̄perant tenebris inuoluta cū natus est christus. Gratia fugacem. i. diem ab effectu gratiosa omnia faciens qui tunc breuis erat. Et recisa. i. dies diminuta luce. quā pene Extinxe rat facē. i. lucē. Subductam sensim. i. subtractam paulatim. Zubar. i. sol. aut lucifer. Vergilius. it portis subare exortō delecta iumentis. Scandit priores

lines. i. circulos siue parallelos contrarios breuiorezsq. Pusso. puer nascere. Mater castitas. per emphasim hoc non solum casta sed ipsa castitas. Parens et ipse. subaudi qui est filius est pater matris. Nam quod legitur parens et christus coniugis: nō potest versus stare. coniugis vero. p̄ aeternus cum patre. a con et iugis iuge compositum Media tor dei. i. et hominis qui graece dicitur mesotes. Et duplex genus. i. ex duplici natura cōstitū. s. humana et diuina. Ex ore. s. gētitus supra ex corde verbū fuisse gētitū dicit: quā nūc ex ore. sed hac translatione in diuinis recipiunt. Et verbo editus. imo verbum editū: vt supra dixit verbigena. In pectore. i. in corde sicut supra.

Hymnus octavo kalendas Ianuarias.

Quid est qd artū circulum
Soliam recurrēs deserit?
Christus ne terris nascitur:
Qui lucis auget tramitem?
Heu quam fugacem gratiam
Festina voluebat dies.
Quā pene subductā facē
Sēsīm recisa extinxerat.
Coelum nitefcāt lactius.
Gratetur et gaudēs humus.
Scandit gradatim denuo
Zubar priores lineas.
Emerge dulcis pusio:
Quem mater edit castitas.
Parens et ipse coniugis.
Mediator et duplex genus.
Ex ore quamlibet patris
Sis ortus et verbo editus:
Tamen paterno in pectore

Lathemeriton

Sophia callebas prius.
Quæ propta coelū condidit
Coelum diemqz et cætera.
Virtute verbi effecta sunt
Hæc cuncta. nam verbū deus.
Sed ordinatis seculis
Rerumqz digesto statu
Fundatur ipse: et artifex
Permanlit in patris sinu.
Donec rotata annalium
Transuoluerentur millia.
Atqz ipse peccantem diu
Dignatus orbem viseret.
Nam cæca vis mortalium
Uenerans inanes venias
Uel æra vel saxa algida
Uel ligna credebat deum.
Hæc dum sequuntur: perfidi
Predonis in ius venerant
Et mancipatam fumido
Uitā barathro immerferant.
Stragem sed istam non tulit
Christus cadentium gentium
Impune: ne forsā sui
Patris periret fabrica.
Mortale corpus induit:
Ut excitato corpore
Mortis catenam frangeret:
Hominemqz portaret patri.
Hic ille natalis dies:
Quod te creator arduus
Spirauit: et limo indidit
Sermone carnē glutinans.
Sentis ne virgo nobilis

Sophia. sapientia. et p̄ncipit penultimas cum sit breuis Callebas. i. eras sapiens. nam illud est callere. Quæ. s. sophia. Prompta. i. ex corde patris edita. Condidit. quia per illum pater omnia condidit. Iuxta illud Psal. xxi. verbo domini coeli firmati sunt. Verbum deus. Joannes. p̄. et deus erat verbū. Ordinatis seculis. i. mundi series ex qua dependent secula. Digesto. i. rebus in suo loco dispositis. Fundatur ipse. s. rerū status. Artifex. s. patris verbū enūciatū filius. In sinu. vt supra in corde siue in pectore. hoc est in patre. Iuxta illud. nescis quod ego in patre et pater in me est. Annalium. pro annorū cum sint annales historie per annos singulos digesti. Hæc cæca. hæc causa est cur venit quia ignorabant mortales verū dei cultū. Inanias. i. res inanes quales sunt neni mulierularum. Aera. statuas acreas. In ius. in potestatem. lucanus. iusqz datū sceleris Mancipatam. obnoxia et subiectā. Impune. quia vltus est vicem humanā spoliando inferos et vindicando nos a potestate diaboli. Fabrica patris. homo factus ad illius imaginem. Excitato corpore. i. ascito et assumpto. Hic ille natalis christi um alloquitur dicēs. hic est ille natalis dies: in quo pater. Arduus creator. i. summus pater. Spirauit te. pro genuit te. nam filius generat spiritus sanctus spiratur. Et indidit limo. i. misit in carnem humanā. ex limo compactā. Sturtans carnem se. nōne. i. hominem verbo coniungens. sed illud non est factum die in quo natus est: sed in instanti conceptionis autē tū alludit ad illud psalmi secundum domini dicit ad me filius meus es tu et ego hodie genui te.

E



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

CREDOS USALES

Catbemerinon

Per fastidia. non quod virgini contigerint fastidia: que pregnātibz solent: de quibus dixit Vergilius in bucolicis matris longa decem tulerant fastidia mēses sed loquitur ex more aliorū foeminarum. sicut quod dicit Enya est puerpera. et alibi enya puerpera regē nō

quod in partu fuerit ille natus est doloribus qui aliis foeminis contingit: sed quod salua integritate peperit quemadmodū et caeterae mulieres. Decus pudoris. i. virginitatis intacte. Crescere honore partus. i. christi nati. q. d. non solum virginitas permansit eadem quā prius sed etiam aucta est honore quā virgo et mater. Quāta gaudia. i. non solum matris sed omnium mortalium. Nouellū saeculū. q. oīa renouata sunt iuxta illud Esaye. rliij. cecce ego noua facio omnia. et nunc orientur et Vergilius in bucolicis toto surget gens aurea mundo. Uagitus ille. i. qui in reliquis mortalibus est auspiciū futurae calamitatis. in christo fuit exordium orbis vernantis. i. renascentis. Plinius libro. vij. in principio. Nam illud significat vernare. quā flos actatis veri assinitur. unde subdit mundus depulit veterem pro vetustate. alioqui veterinis est torpor qui contingit hydropē laborantibus unde Vergilius. ii. p. geor. nec torpore graui passis sua regna veterno. Floribus. aemulatio est vergiliana in bucolicis. at tibi pila puer nullo munuscula cultu florentes hederas passim cū baccare tellus primaq; ridenti colocalia fundet ac antheo. et infra ipsa tibi blandos fundent cunabula flores. Syrtium harenas. syrtis in aphyrica loca ab ipsa natura ut ait Lucanus. li. ix. ad sterilitatem dānata tunc facte sunt fertiles. Fragrasse. i. odorem spirasse: ut Vergilius. redolentis thymo fragrantia mella. Sensere. quia mollita sunt et rigorem deposuerunt. Obduxit herbam cotibus. i. terit cotes herbis. Vergilius in bucolicis. obducatur pascua iunco. sudās

Atura per fastidia
Pudoris intactum decus
Honore partus crescere?
Quanta rerum gaudia.
Alius pudica continet:
Ex qua nouellum seculum
Procedit et lux aurea.
Uagitus ille exordium
Vernantis orbis prodidit.
Nam tunc renatus sordidum
Mundus veterum depulit.
Sparfisse tellurem reor
Rus omne densis floribus:
Ipsasq; harenas Syrtium
Fragrasse nardo et nectare.
Le cuncta nascentem puer
Sensura dura et barbara.
Victusq; saxorum rigor
Obduxit herbam cotibus.
Jam mella de scopulis fluunt.
Jam stillat illex arido
Sudans amomum in stipite.
Jam sunt miricis balsama.
Sancta praesepis tui
Aeterne rex cunabula:
Populisq; per seculum sacra:
Mutis et ipsis credita.
Adozat hec brutum pecus
Indocta turba scilicet

amomū ad illud vergilij respicit. assyrū vulgo nascere amomū. Myricis et hoc ad illud pingnia cotibus sudant electra myricis Mutis et ipsis credita. quia etiam ipsa animalia muta crediderunt in praesepibus illis iacere christū deū et hoīez vnde subdit. Adozat haec. et

Prudentii

Adozat excors natio:
Chis cuius in pastu sita est.
Sed cum fidei spiritu
Concurrat ad praesapia
Pagana gens et quadrupes:
Sapiatq; : quod brutū fuit:
Negat patrum praesepia
Perosa praesentem deum.
Credas venenis ebriam
Furijs ve lymphatam rapi.
Quid prona per scelus ruis?
Agnosce si quicquam tibi
Mentis refedit integræ
Ducem tuorum principum.
Hūc quē latebræ et obstetrix
Et virgo foeta et cunule
Et imbecilla infantia
Regem dederunt gentibus:
Peccator intueberis
Celsum conuiscit nubibus
Deiectus ipse et iuritis
Plangens reatum fletibus.
Cum vasta signum buccina
Terris cremandis miserit.
Et scissus aris cardinem
Mundi ruentis soluerit.
Ingnis ipse et preminens
Meritis rependet congrua
His lucis visum perpetis:
Illis gebēnam et tartarum.
Judæa tunc fulmen crucis
Experta quid sit senties.
Quem te furoris praesule
Mors hausit et mox reddidit.

quod alibi dicitur bonū et asinū fuisse in praesepi allegatos: nō dicitur enagelista. sed sumptū est ex eo quod scribitur Luc. cap. ij. q. m. ter reclinauit infantē recēs natū i praesepio et ex eo quod legitur Esaye. i. cognouit bos possessorē suū et asinū praesepē dñi sui. Excors natio. que p. asinū intelligit et bouē In pastu. q. nihil habet rationis s. causa vētris mouent. Sed cū. sensus est quod pagani hoc ē magi quod erāt perse venerūt adoraturū xp̄s. et quadrupes etiā cognouerūt possessorē suū. Sed praesapia patrū. i. postitas patriarcharū. Perosa deū praesentē q. in bethleē nat⁹ est. q. d. i. media iudæa. Ebriā venenis. i. q. si veneficio mentē alienatas habere. Lymphatā. i. furiosā tractū a cunibus rabie percutis: q. lymphā. i. aquā sūgiunt vnde agræcis hydrophobi vocantur. i. aquam timentes. Refedit. i. remanet. hoc est si tota non abiisti in insaniam Ducem principum. ex eo quod supra dixit ex auctoritate prophete Malhet. v. et te inquit erit dux qui regat populū meū israel. Obstetrix. arqui nulla legitur obstetrix interfuisse in ortu christi: sed ipsa virgo sibi ipsi obstetricata est. Sentis. aut peculiariter gentilib⁹ aut cunctis. Fletibus iuritis. i. nihil proficientibus. Buccina. ut apostolus dicit pri. cor. xv. omnes quidem resurgemus in momento in ictu oculi. in nouissima tuba. et pri. thes. iij. Ipse dñs in tuba dei descendet de caelo. Scissus aris. nō quod mundus soluent⁹ est sed quod in altā formā mutand⁹. Meritis. bonis aut malis. nā dicitur sū latine nō of. p. eo quod opponit bene merito. Senties nō simpliciter s. cū maxio dolore. Quē. i. xp̄s. Mors hausit et reddidit q. de eo dixit propheta ero mors tua o mors morsus tuus inferne. et illud quod Ecclesia canit. qui mortē nostrā mortudo destruxit etc. De praesule furoris. sub. o iudæa que per furorē christū cruciā istā.

Lu



Quicumq; christum. Carmen est quale illud ales dicit et superior. Lancendi est in festo
epiphanię. Multa in laudē stelle dicit: ex qua magi cognouere christum esse natum
et qua duce ut illū adorarēt in bethleem
venerūt: quē locū laudibus effert: quod
fuerit christi genitale solum. deinde in-
fantum occidionē prosequitur. Et christus
in mose dicit fuisse figuratū ponitq;
vtriusq; multas conueniētiās. Et tandē
oēs ad christi laudes hortatur indifferē-
ter. Queritis sicut magi querebant.
Signū. s. stellā. Glorię perennis. i. epi-
qui est gloria patris. Rotam solis idest
cursum. Secuta lunā. i. cursum noctis
cui luna p̄cessit. nam ad hoc creata est ut
p̄cesset nocti. et quēadmodū luna sequi-
tur solem. ita et illam stellę. Arctoa sy-
dera. i. duę arcti hoc est maior et minor.
Motibus retortis. quia rotantur circa po-
lum mundi. Obire nolint. i. occidere.
vnde et obitus stellarū sepe pro occasu illarum
ponitur. stellę autē ille sine cōstel-
lationes nunquā occidit nobis. sed quā-
uis nō occidant tamē per diē nō videns-
tur subtrahente illa solis luce. et per no-
ctem aliquā dō nō apparent quia subdu-
cuntur nubibus. stella autē christi indec-
et per diē et per noctē semper lucebat.
Æternum. nomē pro aduerbio. sed hic
nō proprie ponitur sed pro perpetuo dñi
ea fuit opus. nā postea in ea est resoluta
et quibus fuit cōposita elementis nun-
quā mergitur sicut alię stellę. Obductā
faciē. i. splendore. Tristis cometa. qui
a tristis aliqd semp minatur cū apparet.
Intercidat. i. pereat sine cedat. Si-
rio vapore. sirius stella est in ore canis
pestilens. de qua vergilius. iij. eneidos.
tūc steriles erurere sirius agros. Sub
luce. i. stella q̄ dñi natū demonstrat.
Magi perisci. nā magi et nomē est patris
et nomē p̄fectionis. sūt enī magi p̄larum

Hymnus epiphanię.

Quicumq; Christū queritis:
Oculos in altum tollite.
Illic licebit visere
Signum perennis glorię.
Hęc stella quę solis rotam
Uincit decore ac lumine:
Uenisse terris nuntiat
Cum carne terrestri deum.
Non illa seruit noctibus
Secuta lunam menstruam:
Sed sola coelum possidens
Cursum dierum temperat.
Arctoa quamuis sydera
In se retortis motibus
Obire nolint: attamen
Plerumq; sub nyimbis latent.
Hoc sydus æternum manet.
Hęc stella nunquā mergitur.
Nec nubis occurſu abdita
Obumbrat obductam faciem.
Tristis cometa intercizat.
Et si quod astrum sirio
Feruet vapore. iam dei
Sub luce destructum cadat.
En perfici ex orbis sinu
Sol vnde sumit ianuam
Lernunt periti interpretes
Regale verillum magi.

Quod ut refulsit: cæteri
Cessere signorum globi.
Nec pulcher est ausus suam
Conferre formam lucifer.
Quis iste tantus inquit
Regnator astris imperans:
Quem sic tremunt coelestias:
Cui lux et æthra inseruiunt:
Inlustre quiddam cernimus:
Quod nesciat finem pati.
Sublime. cellum. interminuz.
Antiquius coelo et chao.
Hic ille rex est gentium
Populi quę rex iudaici
Promissus abraę patri:
Eiusq; in æuum semini.
Æquanda nam stellis sua
Cognouit olim germina
Primus fator credentium
Pati immolator vnici.
Jam flos subdit dauidicus
Radice iesse editus
Septiq; per virgam virens
Rerum cacumen occupat.
Erin sequuntur perciti
Fixis in altum vultibus:
Qua stella sulcum traxerat.
Claramq; signabat viam.
Sed verticem pueri supra
Signum pependit imminēs.
Pronaq; submissum face
Caput sacratum prodidit.
Videre quod postq; magi
Eoa promunt munera.

populi arti magice beatissimi. Veris-
lum signum quasi ver illum. Cæteri
globi. quia ut mathematici probant stel-
le globosę sine sphericę sunt. Lucifer pul-
cher. quem ut Vergilius inquit venit
ante alios astrozum diligit ignes. et Hie-
stoteles. v. ethicorum. Nec lucifer nec
hesperus ita admirabilis v̄ est iusticia.
quā tri pulcherrime comparat. Lux et
æthra. idem prope significant. nā æthra
splendor ætheris est. Vergilius. iij. enei.
et lucidus æthra sydereæ polus. Cerni-
mus illustre. i. stellam quę designat deū
immortalē. Et chao. et quo Anaxago-
ras dixit deum cuncta creasse. Eius semi-
ni. i. posteritati. cui dixit illi deus in semine
tuo benedicetur omnes gentes. Sua
gemina. i. suos nepotes. Æquanda stel-
lis ex Genesi. ca. xv. suspice coelum et nu-
mera stellas si potes. sic erit semen tuum
et. Primus fator credentium. i. qui pri-
mus deo credidit. Radice iesse. ex eo
quod scribitur Esaię. cap. xi. Egredietur
virga de radice iesse. Stella sulcum tra-
xerat. Vergilius. ij. enei. tum longo lim-
te sulcus dat lucem. Signum. i. stella.
Prona face. i. splendore stelle sub iusto.
Prodidit ostendit.



Aurum regum. i. coronatum et quod regibus offertur. Indolem trinam. i. tria insignia futurę virtutis tuę. nam signus est indoles futurę probitatis. nam christus homo deus rex et mortalis erat.

Maiores magnarum urbium. i. maxima. ut sit comparatus pro superlativo. ex eo quod scribitur Michę. v. et citatur ab euangelista. Matth. cap. ij. tu bethleem ephrata paruulus es in milibus iuda. et te mihi egredietur qui stator in israel

Incorporatum coelitus. i. humanatus ut dicunt graeci a spiritu sancto. Te altrice. te procreante. Hunc et prophetis. ordo est. Testator. i. deus pater. q̄ testimonium filio perhibuit. d. hic est filius meus dilectus. etc. Et sator. i. genitor. Iubet hunc. i. christum. Adire regnum. iuxta illud Mar. vlti. mihi data est omnis potestas in coelo et in terra. Et cernere. i. discernere et iudicare. ex eo quod scribitur Job. v. pater omne iudicium dedit filio.

Prophetis testibus et signatoribus. ad illud alludit quod testes qui adhibebantur testamento signabant illud. Ius uenialis me prior ille signabit. Dia. acra vnde et sub dio et sub ioue dicimus aliquid fieri. i. sub acre vel sub coelo et non sub te etc. Ad exitum. i. occasum qua parte sol exit a nobis hoc est a nostro hemisphærio.

Tartara et coelum. nam eo usque regnum christi penetrat dicente apostolo ad philipp. ca. ij. ut in nomine iesu omne genu flectatur coel. stium terrestrium et inferi notum. Nomen israel. i. populi iudaicum et dicimus ex Michęa ex te mihi egredietur qui stator in israel.

Stratis votis offerunt
 Tus myrrhā et aurū regiū.
 Agnosce clara insignia
 Virtutis ac regni tui
 Puer o cui trinam pater
 Prædestinauit indolem.
 Regem deumq; adnunciant
 Thesaurus. et flagrans odor
 Turis sabæi. ac myrrheus
 Puluis sepulchrū prædocet.
 Hoc est sepulchrū quo deus
 Dum corpus extingui sinit:
 Atq; id sepultum suscitatur
 Mortis refregit carcerem.
 O sola magnarum urbium
 Maior bethleem: cui contigit
 Ducem salutis coelitus
 Incorporatum gignere.
 Altrice te summo patri
 Mater creatur vnicus
 Homo ex tonantis spiritu:
 Idemq; sub mēbris deus.
 Hunc et prophetis testibus
 Jisdemq; signatoribus
 Testator et sator iubet
 Adire regnum et cernere.
 Regnū quod ambit omnia
 Dia et marina et terrea
 A solis ortu ad exitum
 Et tartara et coelum supra.
 Audiat tyrannus anxius
 Adesse regnum principem:
 Qui nomen israel regat:
 Teneatq; dauid regiam.

Exclamat amens nuncio
 Successor instat. pellimur.
 Satelles in ferrum rape.
 Perfunde cunas sanguine.
 Mas omnis infans occidat.
 Scrutare nutricum sinus:
 Interq; materna vbera
 Ensem cruentet pusio.
 Suspecta per bethleem mihi
 Puerperarum est omnium
 Fraus: nequa furti subtrahat
 Prolem virilis indolis.
 Transfigit ergo carnifex
 Mucrone districto furens
 Effusa nuper corpora:
 Animasq; rimatur nouas.
 Locum minutis artibus
 Vir interemptor inuenit.
 Quo plaga descendat patens.
 Juguloq; maior pugio est.
 O barbarum spectaculum.
 Inlisa ceruix cautibus
 Spargit cerebrum lacteum:
 Oculosq; per vulnus vomit.
 Aut in profundum palpitans
 Versatur infans gurgitem.
 Cui subter arctis faucibus.
 Singultat vnda et halitus.
 Saluete flores martyrum:
 Quos lucis ipso in limine
 Christi infecutor sustulit
 Leu turbo nascentes rosas.
 Vos prima christi victima
 Grex immolatorum tener

Amens herodes prorumpit in exclamacionem dicens ego nuncio vobis o iudæi. Successor. in regno. Pellimur. i. ex regno. Pusio. puer et sunt casus singulares pro pluralibus figurata vltata etiaz in sacris litteris. vt Exo. viij. venit musca granissima in domos. Per bethleem. vnde christus erat orturus. q. d. et si in bethleem natus est quem ego timeo mihi necessarium tutius tamen est vt omnes pueri abinatu et infra pereant. Discretio inuicem. i. euagnato ense. Nuper effusa. i. paulo ante parsa. Rimatur. i. quasi per rimas eruit et extrahit. Animas nouas. i. nuper in corpora infusas. Minutis artibus. qui adeo erant parati vt vite esset locus vulnere. Jugulo. i. parte colli anteriori qua erat fugiendus barbarum. i. o crudele spectaculum. Cerebrum lacteum. i. lactancius infantium. Vomit. oculos. i. reiectat. Arctis faucibus. per quas spiramus et respiramus. Vnda et halitus singultat. quia loco halitus succedebat aqua ex quo necesse erat singultus fieri. Flores martyrum. i. primicę. in limine lucis. i. introitu vite. Clergi. ii. vi. continuo audite voces vagitus et ingens infantumq; animes vestes in limine primo. etc. Turbo tempestas.



Prudentii

Palma et coronis, quibus victores do-
nabantur. Inter coqui, ordo est, solus
partus virginis integer fefellit ferrum,
id est frustratus est. Inter fluenta, id est
fluentis sanguinis, coeni, i. eiusdem aeta-
tis. Sic stulta, hoc figuratum fuisse vi-
ditur in moysi qui ut scribitur ex hodi cap. ii
a filia pharaonis educatus est: cum rex
precepisset quicquid masculini sexus na-
tum esset in flumen profici. Moyses re-
ceptor, id est assertor, siue recuperator ex
aegyptia seruitute. Mens obstetricis,
aut mater moyses qui pariens sibi ipsi ob-
stetricata est, aut alicuius obstetricis que
noluit prodere pharaoni ortum pueri,
ut ex hodi capitulo primo legitur. Mens
obstetricis sedula, id est obstetricis sedula
mentis. Cōtumax in tyrannum, id est
non obediens illi quod fuit pietatis opus
Ad spem glorie potentis, id est qui ser-
uabatur ut per illum fierent dei mirabi-
lia. Sacerdotem, qui res divinas tra-
ctaret et per quem populo legem daret,
alioqui aaron peculiaris erat dei sacer-
dos. Celo aegyptio, de quo ex hodi cap.
secundo, vidit inquit moyses virum aegy-
ptium percutientem quendam de hebreis
fratribus suis quem percussum abscon-
dit in sabulo. Absolvit iugo, id est expe-
ditur ex aegyptia seruitute. Hoste saucio,
id est vi abolo victo.

Aram ante ipsam simplices
Palma et coronis luditis.
Quid proficit tantum nefas?
Quid crimē Herodem iuvat?
Unus tot inter funera
Impune Christus tollitur.
Inter coxi sanguinis
Fluenta solus integer
Ferrū, quod orbabat nurus
Partus fefellit virginis.
Sic stulta Pharaonis mali
Edicta quondam fugerat
Christi figuram praeferens
Moses receptor ciuim.
Lautum et statutum iusserat:
Quo non liceret matribus
Cum pondus alui absolueret:
Puerile pignus tollere.
Mens obstetricis sedula
Pie in tyrannum cōtumax
Ad spem potentis glorie
Furata seruat paruulum.
Quem mox sacerdotem sibi
Assumpsit orbis conditor:
Per quem notatam saecis
Legem tabellis traderet.
Licet ne Christum noscere
Tanti per exemplum viri?
Dux ille caeso Aegypto
Absolvit israel iugo.
Et nos subactos iugiter
Erroris imperio graui
Dux noster hoste saucio
Aortis tenebris liberat.

Cathemerinon

Hic expiatam fluctibus
Plebem marino in transitu
Repurgat vndis dulcibus
Lucis columnam praeferens
Hic praeliante exercitu
Pansis in altum brachijs
Sublimis Amalech premit:
Crucis quod instar tunc fuit.
Hic nempe Jesus verior
Qui longa post dispendia
Victor suis tribulibus
Promissa soluit iugera.
Qui ter quaternas deniq;
Resluentis amnis alueo
Fundauit: et fixit petras
Apostolorum stemmata.
Iure ergo se Iudae ducem
Vidisse testantur magi:
Cum facta praescorum ducti
Christi figuram pinxerint.
Hic rex priorum iudicum
Rexere qui Jacob genus:
Dominae que rex ecclesiae.
Templi et nouelli et pristini.
Hunc posteri Effrem colunt.
Hunc sancta manasse domus.
Omnesq; suspiciunt tribus
Bissena fratrum semina.
Quin et propago degener
Ritum secuta inconditum
Quaecunq; durum seruidis
Baal caminis coherant.
Fumosa auorum numina
Saxum, metallum, stipitem.

Hic expiatam, s. moyses qui populi pma
te rubi trahat: p quod significabat xpi
baptisma qd in dulcib' iordanis aquis
est postea consecrati. Praeferens colunā
lucis, de qua luce Esai' cap. ix. populus
q ambulabat in tenebris vidit lucē ma-
gnā, et alludit ad colunā que pcedebat
hebreos ex hodi. xlii. et xxxii. Hic praeliā
te, ex hodi. cap. xvii. legit q' israel pugnate
cōtra amalech i raphidim cū leuaret mo-
ses man' vincebat isrl. sin autē paululi
remisisset supabat amalech, qd significa-
bat xpm: q' expansis brachijs in cruce res-
portatur' erat victoria sua. Verior iesus
.i. saluator, qz et alij saluatores populi vi-
cebant sicut iosue q' aeque dicebat salua-
tor, sed illi a seruitute corpis hic a serui-
tute animi liberauit. Post lōga dispen-
dia, i. multos annos tandē pepit verā li-
bertatē. Suis tribulib', qz venit ad sal-
uandas q' peccāt de domo vel q' erant ex-
gēte sua siue tribu, nā tribules dicitur ex
eade tribu. Iugera pmissa, i. terrā pro-
missionis qd iosue fecit ut in libro iosue
legim' sed p terrā pmissionis nos terrā
viuentiū intelligim' hoc est vitā eternaz.
Qui ter iter, i. duodeci lapides quos
iosue iussit poni in medio iordanis cū tra-
iecit flumē, de quo iosue cap. iii. p quos
designatur duodeci aplos noia, stemmata
qz ois ecclie nobilitas inde emanauit.
Iure ergo, i. merito magi intellexerūt il-
lū esse regē mūdi cū viderēt oia q' dicta et
facta sūt pphetas in illō cōplere. Rex
iudicū, rex regū et dñs dñantū. Tem-
pli nouelli, i. ecclie et synagoge. Effrem,
litteraturā sequit graecā cū ab hebreis
ephrain dicit. Ephraim et manasse filij
iosue qd' iacob portātes aequas iussit
distribui cū reliq's filijs suis: q' erāt duo-
decim, ut legitur ges. i. li. Suspiciūt, i. ve-
nerant, sicut ecōtrario despicūt p cōtēn-
nūt. Quin et ppago, nō solli iacob poste-
ritas xpm colit s; et gētes q' colebāt idola



Cathemerinon.

esserit illi. **Rith** incodit. i. religionē falsas demoniū ppago illa deserit. **Aug** cūq; coreraturū. i. metallū aliquod in effigie idoli cōsauerat in caminis feruit dis. **Baal**. i. honore & cultū demonū. **Humina** fumosa. i. statuas antiquas. **Iuuenales** fumosos equitū cū dicitore magistrōs. **Judca** roma. totū orbē intelligit per has nationes. **Laudate**. offic genus hominū ad christū laudē inuitat. **Nemo** post hac mortuus. i. cui omnia viuunt vt canit ecclesia.

Aurelij prudentij Romanus.

Romane. **Carmē** est quale illō senex fidelis. **Romani** antiocheni monachi qui sub **Dioclitiano** passus est iudice **asclepiade** martyrisi prosequit. **Intra** tamē dicit sub **galerio**. sū inuicū psecutio christianoꝝ quę sub **dioclitiano** coepit: ad **galerij** principatū vsq; durauit. **Cui** fauore ad dicendū imploꝝati est ipse abscessa lingua sit locut. &c. **Adfertor** forti. i. testis & illi fides defensor. nā adferere est in libertatem vindicare: & phibere ne cui libero seruitus indicat. **Tu** fautor. i. mihi fauēs

Rasum. dolatum. sectile. **In Christi honorem** deserit **Gaudete** quicquid gentiū est **Judca**. **Roma**. & **Græcia**. **Aegypte**. **thrac**. **perla**. **scythia**. **Rex** vnus omnes possidet. **Laudate** vestrum principē **Omnes** beati. ac **perditi** **Triui**. imbecilli. ac **mortui**. **Jam** nemo post hac mortuus. **Finis**.

Au. Pru. G. L. Romanus Martyr.



Momane Christi fortis adfertor dei
Linguis oris organū fautor moue.
Largire comptū carnē infantissimo.
Fac vt tuarū mira laudum concinā.

Nam scis & ipse posse mutos eloqui.
Plectrum palati. & fauciu seuius tibi
Lortor reuulsit: nec tamen silentium
Indirit ori. quo tu fatebaris deum.
Glor veritatis testis extingui nequit:
Nec si recisis palpitet meatibus.
Sic noster hærens sermo lingue debili
Balbutit: & modis laborat absonus.

Mutos eloq; scis. i. ceptus es: tibi fuit abscessa lingua. **Plectri** palati. i. lingua me qua in loquēdo utimur quasi plectro in muscis instrumentis. **Persius** plectre plectrem lingue. et plini plectea lingue dixit palati & fauciu ad que loca lingua illisa format voces.

Silentij. quia nihilominus abscessa lingua christi confitebatur vt in eius vita ex **Ense** blo legimus. **Glor** testis veritatis. vnde **Mar**. de elinguate. nescit tu populi quod tacet ille loqui. & de **Licerone** idem. incipient omnes pro **Licerone** loqui etiā si illi caput sit auulsum. **Herēs** lingua debili. iuxta illō psalmi. xxi. **Lingua** mea adhaeret faucibus. & ps. cxxvi adhaeret lingua mea faucibus meis. modis absontis. i. verbis absurdis. & male sonantibus.

Prudentij

Superno rore. i. diuina gratia mihi a tuo christo obtenta. **Lacte** spiritali. nō corporeo qui cibus est corporis. **Glor** rauca. vertetur in tinnulā & sonorā. **Larabit**. extendet quod erat contractū. & impeditū. **Præcepta**. Ordo est. euangelista **Mattheus**. cap. x. cum tradent vos nolite cogitare quomō aut quid loquamini. **Ipsū** messian. i. christū qui dicitur hebraice messias. **Nolite** puidēter querere verba. i. nō prouideatis & pmeditemini quid sit lo

Sed si superno rore respergas iecur:
Et spiritali lacte pectus inriges:
Glor impeditos rauca larabit sonos.
Euangelista scripsit ipsum talia
Præcepta **Messian** dedisse apostolis.
Nolite verba: cum sacramentum meum
Erit canendum: prouidenter querere.
Ego imparatis quæ loquatur: suggeraz.
Sum mutus ipse: sed potens facundia
Mea lingua **Christo** luculenter disseret.
Ipsē explicabit quos superno spiritu
Dæmon tumultus: dū **domatu** mouerit
Furore pestis peior in nouissimo.
Sic vulneratus anguis ictu spiculi
Ferrum remordet: & dolore seuior
Quassando pressis immoratur dentibus.
Astile fixum sed manet profundius:
Nec casta sentit morsuum pericula.
Galerius vrbis forte **Romanæ** statum
Ductor regebat (vt refert antiquitas)
Immitis. atrox. asper. implacabilis.
Edicta late mundum in omnem miserat.
Christum negaret quisq; mallet viuere.

quendū. **Sacra** mentū mess. i. legem quā ego vobis pmissi reuelauit. **Ego** suggerā. i. subministra bo. **Imparatis**. im pmeditari. **Sed** mea lingua. patens facundia xpo. i. per xpm. nā vt sicut carmen mea lingua cōfessus nominādi est: vt nō possit legi christū vt oēs codices hnt. **Ipsē**. i. christus. explicabit quos tumētus demon mouerit in superno spiritu. id est cū martyr moreretur. aut dū ipse demon vinceretur a martyre qz dicit dū domat. & quod subdit demon dico pestis peior in nouissimo. qd magis declarat per similitudinē anguis vulnerati. **Quassando**. i. hastile labefactando. sed quo magis hastile quassat

eo profundius vulnus sedet. nec sentit. legendum sic. **Et** non sentit pericula morsuum. i. morsus alioqnt periculosos esse castos. id est inanes. quia inaniter mordet hastile. **Galerius**. cesar qui creatus cum constantio augustus imperium totius orbis cum illo partitus est. ita vt gallias. italiam & aethiaca in constantius illyricum & asiam galerius obtineret. **In** omnem mundum qui tunc erat sub ditione romanorum.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

GREDO.S.U.S.A.L.E.S

Ille serpens. i. bla-
 bolus ore regio. i. p-
 os principis dicitur.
 ut notarij scribant
 edictum: edictum
 autem erat ut qui
 mallet vivere nes-
 caret Christum.
 Qui exiens de se-
 pulchris. Mat. ca.
 viij. z Marci. v. hoc
 quo pacto gestum
 enarratur. Mā
 dat ire. et raptare. i.
 rapere de ecclesia z
 de sacrarijs. Ple-
 bem s. christianam
 Praecurrit index
 i. ipse nuuat futu-
 ram pestem et mu-
 uit animos christia-
 norum. Repulsi-
 mites. i. milites ver-
 guli vterius arma-
 to milite complent.
 Ad subsellia. i. ad
 tribunal asclepias-
 des. Opponere in-
 gulos. i. offerre sub-
 audi refert. Fax
 omnium. i. infam-
 ator et tuentor.

Prudentij
 Hæc ille serpens ore dicitat regio:
 Qui mortuorum de sepulchris exiens
 Clamabat: quid ante tempus aduentu cito
 Mæa regna solius: parce fili altissimi: *lege solus*
 Vel possidere corda porcorum iube.
 Praefectus istis imminens negotijs
 Asclepiades ire mandat milites:
 Ecclesiatenus quæ de sacrarijs
 Raptare plebem mancipandam vinculis:
 Hi disciplinam Nazarenam respuat.
 Ador ipse templum cogitans intrumpere:
 Et dissipare sancta sanctorum studens
 Armis profanis præparabat impijs
 Altaris aram fruiditque pessundare:
 Foresq; et ipsas in ruinam soluere.
 Praecurrit index his repente cognitis
 Romanus sacre heros excellentiæ:
 Venire in armis perduelles nuntiat: *i. ostes*
 Animos pauentum præstruens hortatibus:
 Stent ut parati: ne ve cedant turbini.
 Conspirat vno foederatus spiritu
 Rex Christianus agmen imperterritum
 Matrū. viroꝝ. paruulorum. virginum,
 Fixa z statuta est omnibus sententia
 Fidem tueri: vel libenter emori.
 Refert repulsus miles ad subsellia *i. ad tribunal*
 Plebis rebellis esse Romanum ducem:
 Flagrare cunctos peruicaci audacia:
 Jugulos relectos obstinate opponere:
 Quo gloriosa morte fortes oppetant.
 Praeceptis iubetur inde Romanus rapti:
 Solusq; et incitator: et fax omnium
 Pro contumaci plebe causam dicere.
 It non resistens: seq; vinciri petit:

Romanus

Manus in tergū. vt vinceretur. vergilius. tuuenē post terga reuincti. Amoz coronæ. i.
 ipse qui cupiebat subire martyriū. Artē lictoris. i. facit quod lictor debuit facere. Angu-
 lis bisulcis. i. bifidis aut forcipatis quod genus tormenti crebro in martyribus legitur.
 Irumpit altū līmen. i. iudicij p̄torij ingreditur. Praecomibus. qui plerūq; i. ipsi car-
 nifices sunt. Ob ora. i. ante faciē iudicis. Infame monstrum. ignominiose martyre al-
 loquit iudex. Ai-
 lis. parui precij ho-
 mo. Intestabilis.
 idest infamis quis-
 pe qui vel ex hoc fa-
 cto non habes ins-
 testandi. Ventila-
 tor. idest tranquilli-
 tatis v bis z ciuiuz
 cōmotor z concitas-
 tor tumultus. Re-
 gibus. subaudi im-
 peratorij. Freque-
 tia illiterata. idest
 christianū vulgū im-
 perituz. Creditit
 subaudi te predican-
 te. Quidā popu-
 lare. i. indoctū z sto-
 lidum z quale pos-
 pul' sapit z nō qua-
 le sapientes. Tu-
 gumant. i. dicunt.
 Ceu gigantes. quia
 nihil aliud est volū-
 tari deozū resistere
 nisi gigantū mo-
 redius bellū moue-
 re. Et victi obruz-
 antur. sicut gātes
 fulminati sunt a io-
 ue qui fulminibus
 montes detecit per-
 quos volebāt in coe-
 lum ascendere.
 Quos. scilicet tuos.

Feras z vltro torquet in tergum manus.
 Amoz coronæ pene præuenit trucem
 Lictoris artem sponte nudas offerens
 Costas bisulcis execandas vngulis.
 Irumpit altum līmen: z præcomibus
 Stupore mutis ipse tortorem trahit.
 Adstanti ob ora sic tyrannus incipit.
 Infame monstrum. vilis. intestabilis.
 Tu ventilator vrbis z vulgi leuis
 Procella mentes inquietas mobiles:
 Ille se imperita turba dedat legibus.
 Populare quiddam sub colore gloriæ
 Inlitterata credidit frequentia:
 Et se per æuum consecrandos autumāt:
 Si bella diuis ceu gigantes inferant:
 Tictiq; flammis obruantur montium.
 Hoc tu parasti perditæ spectaculum
 Gladis cruentæ de necandis ciuibus:
 Quos vt profanos impiati. z seculi
 Reos necesse est te magistro interfici:
 Tu ansa mortis. tū malozū signifer.
 (Misallo) æquū est: vt qd̄ author improbus
 Tolerare multos compulisti: vt carnifex
 In te recurrat. proq; tantis cædibus:
 Quæ mox futuræ: primus exitum luas.
 Feras z ipse quod ferendum suaferas.
 His ille contra reddit ore libero.

Profanos. i. a te pfanatos z factos reos seculi iuari. i. religiois falsē inducte a te. Te ma-
 gistro. i. te ar' p̄secutor maloz. Ansa mortis. i. p̄ quē illi mortē apphēdēt quasi p̄ infam-
 quandā. Qm̄ mox futuræ. subaudi sūt in tuos discipulos. Luas exitum. idest mortem.



Romanus

Amplector. i. volo z amo. Si me consultus. idest si mihi credis. Domum sanctam. idest ecclesiam. Factus noster. idest christianus. Vincis vinculisqz crescere. i. quod vndiqz straherentur et sic membra extendere tur. Venusta pro sapia. idest honesta et familia et bene de cunctis merita. neqz licere talem vtrum ita puniri.

Norialem stipitem idest eculeum. Poena plebeia. i. qua plebet plectuntur. Tardatur terga. i. synecdoche per verbum passivum. Plumbo. idest plumbatis. Extuberet. i. iurgescat contusio.

Personas queqz. idest cuiusqz conditionis sit. Plectitur cōspetenter. idest plectitur debet. Magni qz refert. idest differentia magna est.

Gradu. idest conditione z statu. Forma reorum. idest genus vnumquodqz reorum datur tormentis sed vniuersorum generum. Erectus. i. ex tormentis quibus erat incuruatus.

Infr. idest in se re loqui. Absit. id est non est vera nobilitas que prouenit ex parentibus aut que legitibus humanis defluit. sed generosa secta christi nobilitat viros.

Postquam inter ictus dixit hymnum plubeos Erectus insit. absit vt me nobilem Sanguis parentum praestet: aut lex curiae. Generosa Epilecta nobilitat viros. Si prima nostris quae sit in cunabulis

Amplector o praefecte: nec me subtraho

Ut pro fidei plebe solus immoler.

Dignus subire cuncta: si me consultis;

Quaecumqz vestra iusserit crudelitas.

Intrare seruis idolorum ac demonum

Sanctam salutis non licet nostrae domum:

Ne polluat purus orandi locus.

Confido in sancto spiritu nunquam tibi

Dandum: vt beatum limen attingas pedes:

Nisi forte noster factus in nostrum gregem

Aderere sumi: quod pater facit deus.

Incensus his Alcibiades iusserat

Cuiscerandum corpus eculeo eminus

Pendere: z vincis vinculisqz crescere.

Apparitores sed furenti suggerunt

Illum venusta nobilem pro sapia

Aderitisqz multis esse primis ciuium;

Iubet amoueri norialem stipitem:

Plebeia clarum poena ne damnet virum.

Tardatur inquit terga crebris ictibus:

Plumboqz ceruix verberata extuberet.

Personas queqz competenter plectitur:

Magni qz refert vili an sit nobilis

Gradu reorum forma tormentis datur.

Pullatus ergo martyr illa grandine

Postquam inter ictus dixit hymnum plubeos

Erectus insit. absit vt me nobilem

Sanguis parentum praestet: aut lex curiae.

Generosa Epilecta nobilitat viros.

Si prima nostris quae sit in cunabulis

Prudentis

Textu stematis. i. seriem auro recensere velis. Ab ore patris. quando primus creatus hominem inspirando in cum spiraculo vite. cui qui non obedit ille ignobilis. z hoc est veritas biliteatis origo. sed accedit inquit huic nobilitati decus insignis si quis mortem oppetat in testimonium vere religionis. Et magistratus venit. vt tu nunc venisti: si vulnera ignis et ferri iusta signent hoc est insignis reddant probum teste nominis consistendi. i. christi. z mors in

Origo textu stematis recenseas:

Dei parentis esse ab ore coepimus.

Cui quisqz seruit: ille vere est nobilis.

Patri rebellis inuenitur degener.

Honos deinde stemati accedit nouus:

Et splendor inges: vt magistratus venit:

Si confitendi nominis testem probum

Signent iusta ferri z ignis vulnera.

Et cum dolorum mors sequatur in clyta.

Laue benignus esse peruersae velis:

Nec mi remissus leniter peperceris.

Incube membris tortor: vt sim nobilis.

His ampliatus si fruar successibus:

Genus patris matrisqz floccifecero.

Haec ipsa vestra dignitatum culmina

Quid esse censes? nonne cursim transeunt

Falces. secures. sella. praetexta. toga.

Lictor. tribunal. z trecenta insignia

Quibus tumetis: morqz detumescitis?

Cum consulatum initis: vt vernae solent:

(Pudet fateri) farre pullos pascitis.

Aquila ex eburna sumit arrogantiam

 Guttis per ora barbarum frementia.
 Scribas et ipsos et coronam plebium.
 Procereque siccis non stetisse visibus.
 At sola mater hisce lamentis caret.
 Soli sereno frons renitet gaudio.

tyrum corpora. unde hymnographus. cessit his lacerae fortiter unguis: nec carpsit penetralia.

Tollant sublime. id est sublimiter hoc est in altum. Manus pulsent nates. quo modo infantes verberantur. quod uerber fieri ut paulatim crescant tormenta cum doloribus.

Plus lactis. ex Iuvenale de hedo. qui plus habet lactis quam sanguinis. Quae cautes. idest quas homo saxeus et durus crudeliter

Quis rigor eris et ferri. id est aere et ferre Salix impacta. id est virga saligna illa sa corpori. Umina. id est virge sanguine humide. Quae plaga sterat. id est quae sanguinem virgum

presserant: eo modo quo lachrymae ex oculis eliduntur. sed forte aliter dicitur verbum loco sterat reponendum est. Liuoribus roscidis. id est manantibus in modum rotas virgarum ictibus facientibus liuores. Genas minaces. idest oculos quae gentis integunt. sed quomodo minaces si illachrymabantur nimirum quia duplici laborabant affectu crudelitate scilicet et commiseratione. unde subdit per ora frementia barbarorum. nam et fremebant et flebant.

Coronam plebium. idest plebelorum qui stabant in circuitu spectantes. Non stetisse. sub. ferunt et superioribus. Frons renitet. id est leta et serena lucretius nec domus argento fulgens auroque renitens.



Prudentis.

Pietas contumax. i. matris perseverantia. nam contumacia in malam accipitur partem
Sensum indulgentie. quia ut ait Quintilianus indulgentia est mollis libere reorum edu-
catio. sed hęc mater colubebat tenerum illum amorem et obfirmabat se ad patientiam.

Ardeor animescuentis quia tristitia et dolor excruciant ossa. itaq; in tormentis positus sit

ant. neq; hoc affe-
rit saluator noster
carum dicens in cru-
ce Joannis ca. xiv.
sitio quamquam il-
lud sino aliud si-
gnificabat. Terna
mater. i. irata in fi-
lium quod videba-
tur cedere atq; vin-
ci tormentis. Emi-
nus. a longe. sicut
supra cominus pro-
pe. Hanc stirpem
.i. talem filium mis-
si futurum ut vni-
cretur. 2 octo. i.
morsus timore. Po-
stulas: interrogati-
ve legendum. Fons
vivi. et Joanne.
ca. iij. aqua quam
ego dabo fiet in eo
fons aque salutaris
in vitam aeternam
et Psalmo. xxxv.
apud te est fons vite.

Fluentum. id est
flumen. Vergilius
can. hęc fluentia de-
serit. Flagrantia
id est ardorem. geli
libro. xi. vigor ille
maternę flagrantię
paulatim restingui-

tur. Sic hic. exemplis ad animi robur puerum hortatur mater. et primo sanctorum inno-
centium. Calix bibendus. alludit ad illud ex euangelio Ma. b. cap. xx. potestis bibere ca-
lices quem ego bibiturus sum. Parvuli. et per appositionem aetas oblita lactis. et
est ordo aetas refecta poculis amaris sanguinis: mox deinde refecta poculis dulcib; sumi-
psit. Martis et porcutia. sic Vergilius. primo enei. ad cupidinem filium loquitur. Mate-

Stat impiorum corde pietas fortior
Amore Christi contumax doloribus.
Firmatq; sensum mollis indulgentię.
Sistere sese parvulus exclamauerat.
Anima æstuantis ardeor in cruciatibus
Hoc exorgebat: lymphę vt haustum posceret.
Quem torua mater eminus tristi intuens
Vultu seueris vocibus sic increpat.
Puto imbecillo nate turbaris metu.
Et te doloris horror afflictum domat.
Non hanc meorum viscerum stirpem fore
Deo spondi. non in hanc spem glorię
Te procreavi: cedere vt leto iicias.
Aquam bibendam postulas: cum sit tibi
Fons ille viuus præstor: qui semper fluit.
Et cuncta solus irrigat viuientia
Intus forisq; spiritum et corpus simul
Aeternitatem largiens potantibus:
Venies ad illud mox fluentum (si modo
Animo ac medullis solus ardeor: æstuet
Videre Christum) quod semel potum affatim
Sic sedat omnem pectoris flagrantiam:
Vita vt beata iam sistere nesciat.
Hic hic bibendus nate nunc tibi est calix:
Ab ille in Bethlem quem biberunt parvuli.

Romanus

mee vires mea magna potentia solus. simile est illud Hesi. cap. xlii. Ruben primogenitus
meus tu fortitudo mea. Mater. deus omnipotens iuxta illud Lani hominis sapientia illu-
lius. Vagitibus. i. in infantibus: vt de innocentibus dixit. Scis scire. alterum. exemplum

Oblita lactis et papillarum immemor
Aetas amaris mox deinde dulcibus
Refecta poculis mella sumpsit sanguinis.
Exemplum ad istud nitere o fortis puer
Generosa proles matris et potentia.
Omnes capaces esse virtutum pater
Mandauit annos. neminem excepit diem.
Ipsis triumphos annuens vagitibus.
Scis scire dixi cum docti adluderet.
Et garrulorum signa verborum dares
Isaac fuisse parvulum patri vnicum.
Qui cum in molandus aram et enses cereret
Vltro sacranti colla præbuerit seni.
Marravi et illud nobile ac memorabile
Certamen: vna matre quod septem editi
Hesere pueri sed tamen factis viri
Hortante eadem matre in ancipiti exitu
Poenę et coronę sanguini vt ne parcerent.
Videbat ipsos apparatus funerum
Præsens suorum: nec mouebatur parens.
Lætata quoties aut oliuo stridula
Sartago fixum torruisset puberem
Dira: aut cremasset laminarum impressio
Lomani: cutemq; verticis reuulserat
A fronte tortor: nuda testa: vt tegmine
Cervicem ad usq; debonestaret caput.

bant. aut qđ illoz mortes erant sua mors. Sartago stridula. i. stridens est in ea frigitur
aliquid et hoc mortis genere obiit ex machabęis primus. Laminarum impressio. i. lamina
candens capiti impressa. sed hoc non legitur in machabęorũ libro s; qđ sequitur videt; quod se-
cundo ex machabęis tortor detraxit capitis cutē relicto cranio cute nudo. et est ordo. tor-
tor reuulserat cutē verticis a fronte: nuda testa. i. tegmine nudata. vsq; ad cervicē ita vt de-
bonestaret. i. deformaret caput tegmine subaudi detracto.

adducit de Isaac in-
molando. ex Hesi.
cap. xlii. Docti. f.
mihi. Adluderet
.i. quasi per ludum
verba mea redde-
res. Vergili. vij. est
nec plura alludens
quod seruus cepo-
nit ad responsum
verba cōponit vni-
de subdit. et garru-
lorum signa verbo-
rum dares. naz pue-
ri in cruce pferūt
que audiunt a docti-
te. Sacranti. i. sacri-
ficare volēt abraã
patri seni. Marrã-
ui. tertium effert ex-
emplum de septem
Machabęis. ex scđo
do Machabęorum
volumine cap. vij.
vbi latissime ponit-
tur historia. In an-
cipiti exitu. qđ forte
illi defecissent si ma-
ter illos non fuisset
exhortata. Ne par-
cerent sanguini. im-
mo sanguinē effun-
derent. Funerum
suorum aut funeris
quesui filij sustine-



Prudentis

Regio diademate. i. corona que regū est insignis. Linguam tyrannus. hec antiochus tulit fieri et machabeis tertio. Pars optima. i. lingua. cuius lau des ex officio profectur. Fidelis inq̄res animum. nāvi Horati in poetica arte scribit natura. effert animi motū interpretet linguā. Cordis ministra. i. corū que corde concipitur. Præco. quasi præco sit nomē cōmune duozū generū dixit lingua præco. Redemptrix. i. antiochus. Ducem dicatam. i. deo cōsecratam. Ducē. i. prænam et oilum primā

Machabeos. sic græce appellarunt quos vocat hebraei. asimoniam. interpretatur autē machabeus pugnator. nam mache est pugna. et machentis pugno. Septies. naz toties de antiocho triumphavit mater illa cū filijs victoribus.

Scræc glorie. i. feralem et fecundam. Per huius alui. aduratio est. Cōceptacula. i. vterū siue loculos vbi concipiuntur infantes

Larem hospitale idest vterum in quo diuersatus es p̄ mēses decem. i. inchoatos de quibus autores sepe faciunt mentionem. Vergilius. matri longa decem tulerūt fastidia mēses.

Si dulce nectar. i. lac. Vergilius. lili. cneis. si bene quid de te merui fuit aut tibi quies quam v̄ ille mēsi. Molle gremiū. in quo te sepe sustulmi. Grata si crepūdia. i. amuleta et ludicra que solent infantibus appendi. nonnunquā incunabula et panni quibus inuoluntur. dicuntur autē crepūdia a crepitu. vnde etiam crepitacula. de quibus Martialis in disticho cuius lemma est crepitaculum. Si tibi plorato: decollo vernula pendet hęc quæ stant tenerum garrula sinistra manum. Persiste. idest esto constans et perseverans. Adfere. idest adfertor esto et proficere. Authorem horum numerum. i. saniorum beneficiorū quanta nobis contulit. sanimum corpus vitam: vnde subdit.

Clamabat illa. patere. gemmis vestiet
 Apicem corona regio ex diademate.
 Linguam tyrannus amputari iusserat
 Um ex ephoebis: mater aiebat. satis
 Jam parta nobis gloria est. pars optima
 Deo immolatur. ecce nostri corporis
 Digna est fidelis lingua: quæ sit hostia
 Interpretes animi. enuntiatrix sensuum.
 Cordis ministra. præco operi pectoris.
 Prima offeratur in sacramentum necis.
 Et sit redemptrix prima membrorum omnium.
 Ducem dicatam mox sequentur cætera.
 His Machabeos incitans stimulus parens
 Hostem subegit subiugatum septies:
 Quot foeta natis: tot triumphis inclyta.
 De partus ut feracem glorie
 Apea vita præstet. in tua est situm manu.
 Per huius alui fida conceptacula:
 Per hospitalem mense bisquino larem:
 Si dulce nostri pectoris nectar tibi:
 Si molle gremium: grata si crepūdia:
 Persiste: et horum numerū authore adfere.

Romanus.

Qua nam arte. ordo et sensus est. ego nescio qua arte. i. quomodo. Coepit vivere nobis intus. i. cum te gestare intra viscera quomodo ex inanimi factus sis animatus. Nihil lumq̄ illud. nō nihilū quia est aliquid semen virile et menstruū muliebre vnde est huiusmodi corpus. nam anima a deo infunditur. Animator. i. deus scit. ego nescio. Si igitur quibus viuis. quod spiras hoc totum dei est. Impendere. subaudi decet. vt Vergilius p̄mo cneis

Qua nam arte nobis viuere intus coeperis:
 Nihilumq̄ et illud vnde corpus: nescio:
 Mouit animator solus et factor tui:
 Impendere ipsi: cuius ortus munere es:
 Bene in datorem quod dedit: refuderis.
 Talia canente matre iam lætus puer
 Virgas strepentes et dolorem verberum
 Ridebar. hic tum cognitor pronuntiat.
 Claudatur infans carcere: et tanti mali
 Romanus auctor torqueatur acrius.
 Illum recentes per cicatricum vias
 Denuo exarabant: quaq̄ acutum traxerant
 Paulo ante ferrum: mox recrudescentibus
 Plagis apertas persequabantur notas.
 Quos iam superbus victor ignauos vocat.
 Non virile robus: o molles manus:
 Unam labantis dissipare tandiu
 Clos non potesse fabricam corpusculi?
 Uix iam cohæret: nectamen penitus cadit
 Uincens lacertos dexterarum inertium.
 Citius cadauer dentibus carpunt canes:
 Longeq̄ morsus vulturum efficacior
 Ad deuorandas carnis offas mortuæ.
 Languetis imbelli fame: ac fatiscitis.

posse. Lucretius. pro si forte aliquis credit grauiora potesse corpora. Uix cohæret. i. corpus scilicet. Vergilius in buco. vix offibus hærent. Dexterarum inertium. i. languentium et debilitum ad intelligenda verbera et plagas. Citius. subaudi q̄ vos corpus hoc mēsi lacertis. Languetis imbelli fame. i. cupitis me et carnificare et desunt vobis vires. Et fatiscitis. i. deficiis et fessis estis. vnde defessus a defatiscor deducitur participij præcipio auctore.

me ne incepto desistere victam. Cuius munere. i. beneficio. Ortus es. i. vniuersus. Quod dedit. i. vitam. Refuderis. i. reddideris.

Strepentes. sonantes cum exedebatur puer. Cognitor. i. iudex qui de causa cognoscebat. Per recentes vias cicatricum. idest per cicatrices adhuc recentes. Exarabant. i.

ungul sulcos ex carnisificando ducebant ferrum acutum. idest ungulas. Recrudescentibus plagis. idest recentatis et renouatis. Rotas apertas. i. vulnerū signa que adhuc non coherant.

Quos. s. tortores.

Victor superbus. quia victoria facit homines superbos et arrogantes. et sunt verba romani ad tortores. potesse. pro

legerobur

Prudentis

Sula ferina, qualis est ferarū. Socors edacitas, i. ignava rabies edendi. Morarum poenitet, i. vis cito perire. Fies fauilla, i. cremaberis et redigeris in cinerem. Abiens a foro, ubi iudicatus est ad ignem. Respectās pone, i. retro, sed retrosuperfluit qz respecto per se significat retro aspicio. Appello, i. prouoco, nā illis proprie est prouocare: quod recētiōres appellare dicunt.

Esse nil, i. frustra. Cōplices, i. simul socij et sectatores. Sic hominis, quia infans homo est s; imperfectus. Ros cum cedis, in quo infans singulari et ros manus cremari debebat. Primitiū fortunā, i. infantem mater ferebat iugulandū eo modo quo abel obtulit deo de primogeniū gregis sui, gen. cap. iij. ferculo abelis, est ferculum quod fertur et in quo aliquid fertur. Puriorē ceteris, ait nāq; scriptura, abel obtulit de primogeniū gregis sui et de adipib; coram. Immozata, inmo statim dedit non flens sed leta.

Patrone et filio, quia cum sis mihi nūc filius illic eris mihi patronus, et ē casus vocatiū patrone, et est iungens

dum dulcissime patrone. Carminis dauidici, qui est in ordine psalmodum centesimus quintus decimus, preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius.

Sula est ferina, sed socors edacitas.
Exarsit istis turbida ira iudicis:
Seq; in supremam concitat sententiam.
Si te morarum poenitet: finem citum
Subeas licebit, ignibus vorabere
Damnatus: et fauilla iam tenuis fies.
Abiens at ille: cum foro abriperent virum
Crucis ministri: pone respectans ait.
Appello ab ista perfide ad Christum meum
Crudelitate: non metu mortis tremens:
Sed vt probetur esse nil: quod iudicas.
Quid differo inquit ille vtroq; perderet
Puerum ac magistrum cōplices sectæ impiæ?
Gladius recidat vile vix hominis caput
Infantis: istum flamma vindex concremet.
Sit his sub vno sine dispar exitus.
Peruentum ad ipsum cædis implendæ locum.
Matum gerebat mater amplexu et sinu:
Ut primitiuum crederes foetum geri
Deo offerendum sancti Abelis ferculo:
Lectum ex ouili puriorē ceteris.
Puerum poposcit carnifex, mater dedit.
Hec immozata est fletibus: tantum osculum
Impressit vnum, vale ait dulcissime:
Et cum beatus regna Christi intraueris:
Aemento matris iam patrone ex filio:
Dixit, deinde dum ferit ceruiculam
Percussor ense: docta mulier psallere
Hymnum canebat carminis dauidici.

silicea mar
te

Romanus.

Mors sancti, huius filij mei. Tuus ille seruus, ex psalmo centesimo vigesimo secundo, sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum sicut oculi ancillæ in manibus domini nescit: ita oculi nostri ad dominū deum nostrum. Talia reterens, i. canēs, se hymnegraphus que vox que poterit lingua retere, alias retere est quod textum est nō textum sa-

Pretiosa sancti mors sub aspectu dei.
Tuus ille seruus, proles ancillæ tuæ.
Talia reterens explicabat pallium:
Abanusq; tendebat sub ictu et sanguine:
Uenarum, vt vndam profluam manantium
Et palpitantis oris exciperet globum.
Excipit: et caro adplicauit pectori.
At parte campi ex altera immanem pyram
Terrebat vstor fumidus pinu arida
Sarmenta mixtim subdita: et foeni struem
Spargens liquata rore feruentis picis:
Quo flamma pastu cresceret ferocius.
Et iam retortis brachijs furca eminus
Romanus actus ingerebatur rogo.
Scio inquit ille non futurum: vt concremer:
Hec passionis hoc genus dictum est mihi:
Sed restat ingens: quod fiat miraculum.
Hæc eius orsa sequitur immensus fragor
Nubis ruentis, nubus vndatim nigro
Præceps aquarum flumine ignes obruit.
Illunt oliuo semicomburstas faces:
Sed vincit imber iam madentem fomitem.
Trepidare teter carnifex rebus nouis
Turbatus: et qua posset arte insisteret:
Uersare torres cum fauillis humidis:
Drunas maniplis confouere stupets:

cere. Explicabat pallium, quo exciperet sanguinē pueri. Tendebat manus, est explicato pallio.

Globū, idest sanguinis vndam conglobatam. Vstor, qui struebat pyrā.

Pinu arida, quo facilius ignem comprehendere. Foeni struem, idest casum mulum fomitis.

Quo pastu, i. quo fomite. Ferocius, pro fortius. Et iam ordo est, et iaz romanus actus, idest impulsus. Eminus, a longe. furca brachijs retortis, idest habenti brachia retorta ingerebatur. Hæc eius orsa, i. postea q; hęc locut' est. Fragor nubis, hoc est tonitrus, nā fragor proprie de rebus dicitur fractis, sed quia dicit ruentis potest intelligi de fulmine, se, i non significat nisi imbrē de celo cadentem.

Obruit ignes, idest extinguit. Illunt, scilicet torretes. Fomitem, idest mater iaz ignis combustibilem. Trepidare, pro trepidabat. Nouis rebus, idest miraculis. Insistere, insistebat. Uersare, idest uersabat. Torres, idest stiones. Confouere, idest confouebat et proprie nam fouere de foco proprie dicitur.



Prudentis

Semen ignis. i. scintillas. Querere. pro querebat. Magus nam magice imputat hęc miracula non diuine potentie Carmine thessalorum. vbi artes magice vigeant vt est apud Iucianum et apuleium. Lucanus de necromantica phormone dixit. thessalis inu-
buit membris. Vertere poemam in ludibrium. i. dum punitur eludere nos. Fortasse cer-
uit. per ironias hoc
dicitur flecti. p. cae
di. Colbit plaga. i.
consolidabit in cic-
atricem. Vertere. i. ca-
pit pars pro toto.
Eminebit. extabit.
Partes quampti-
am. i. altam. Mor-
te simpla. i. simpli-
ci et vnica. Multi-
plex criminofus. i.
multipliciter no-
cens. Vel nerus re-
pete ne ex superioris
Tot modis. q. d.
tot mortibus. Ler-
na. pro lerna hy-
dra. nota est fabu-
la. Imminutus cor-
poris damnis. lege
imminutus. i. trun-
catus damnis cor-
poris. Ipsi hercu-
les erit presto. i. pre-
sens. q. d. no aderit
Hydrina vulnera
i. que hydre intus
lit nam tandē com-
pressis faucibus hy-
dra exiccant et qua
si vtilant. Sice-
rum confinia. i. lim-
eturas. Vel dispa-
rare. i. luxare con-
uellere et distrahe-
re. Vincula nexa neruis. idest ossa neruis colligata. Date hunc. s. romano. Ossibus re-
uulsis. i. luxatis. nam qui scit de dolare et restituere ossa luxata poterit facilius illa dissi-
pere. Modis. i. colligationibus quod faciunt luxato: si medici et chirurgi.

Et semen ignis inter vndas querere:
Quod cum tumentis nuntiatum est iudicis:
Commouit iram fellis implacabilis.
Quousq; tandem summus hic nobis magus
Inludit inquit thessalorum carmine
Poenam peritus vertere in ludibrium.
Fortasse ceruix si secandam iussero:
Flecti sub ense non patebit vulnere.
Vel amputatum plaga collum diuidens
Rursus coibit: ac reglutinabitur:
Humerisq; vertex eminebit additus.
Lentemus igitur ante partem quamptiam
Truncate ferro corpus superstitis:
Ne morte simpla criminofus multiplex
Cadat: vel vna perfidus ex de oppetat.
Quot membra gestat: tot modis pereat volo:
Libet experiri lerna sicut traditur
Utrum renatis pululescat artibus:
Ac se imminutis corporis damnis nouum
Instauret. ipse presto erit tunc hercules
Hydrina suctus vltum ire vulnera.
Iam nunc secandi doctus adsit artifer:
Qui cuncta noxat viscerum confinia:
Vel nexa neruis disparare vincula.
Date hunc reuulsis qui medetur ossibus:
Aut facta nodis sarcimens compaginat.

ne. idest magno impetu et vehementia: qua obruebatur antea.
porcina. et est abdomen pingue illud quod intestinis obducitur.

Romanus.

Omni corpore. i. toto. q. s. in deos inuecta est. Tectus fas. idest antiqua religio. nam
fas dicta est que prius dicebatur themis. Rectam. idest apertam. vergilius radisq; re-
terent orbem. Palatum tractat. explorans quomodo possit totam linguam abscindere.

Linguam priorem detrahat radicitus:
Quæ corpore omni sola viuunt nequior.
Illa procaci pessima in nostros deos
Inuecta motu fas profanauit vetus:
Iudax et ipsi non pepercit principi.
Aristo quidam medicus accitus venit.
Proferre linguam præcipit. profert statim
Ab artyr. resectam pandit. ima et faucium
Ille et palatum tractat. et digito exitum
Uocis pererrans vulnere explorat locum.
Linguam deinde longe ab ore protrahens
Scalpellum inusq; guttur insertans agit.
Illo secante fila sensim singula
Iniqua momordit martyr: aut os dentibus
Compressit arcis: nec cruorem sorbuit.
Immotus et patente rictu constitit:
Dum sanguis extra defluit scaturiens
Perfusa pulcher menta ruffo stemmate
Fert: et cruenti pectoris spectat decus.
Fruiturq; et ostro vestis vt iam regie.
Prefectus ergo ratus elinguem virum
Logi ad sacrandum posse cum verbis carens
Nil in deorum oblacteraret dedecus
Iubet reduci iam tacentem et debilem
Abulto loquentis turbine olim territus.
Reponit aras ad tribunal denuo
Et tus et ignem viuudum in carbonibus.
Laurina et exta vel suilla abdomina.

Exitum vocis. i.
epiglotida qua vox
ex arteria erumpit.

Scalpellum. fer-
ramentū illud quo
vena pertiditur in
sanguinis diminu-
tione. scalprū quos-
q; reperitur pro no-
uacula. Marcianus
scalpro dicebat cit-
cuncidi vitia infan-
tibus posse. Silla
singula. ex quibus
cōpacta est lingua.

Patente rictu. i. ex
ore aperto. Ruffo
stemmate. i. corona
quæ ex ruffo sangui-
ne est assecutus. ste-
ma namq; a stepho
quod est corona de-
ductur. Ostro ve-
stis regie. nā ostrus
hoc est purpura ves-
tibus tantū accō-
modabatur princē-
pum. q. d. tam hoc
noxiū erat hic san-
guis in veste roma-
ni quā purpura in
vestibus regum.

Oblacteraret. bla-
terare inquit festus
est stulte et percipit
de loqui. noui quo-
q; multa. de hoc ver-
bo. Abulto turbis

Abdomina suilla. idest

ne. idest magno impetu et vehementia: qua obruebatur antea.
porcina. et est abdomen pingue illud quod intestinis obducitur.

Prudentis

Influat. cum nō loqueretur in contēptū insufflauit illos. **Influo** i. aliquid. Influo in pulmone. unde est vocis origo interior. **Torta**. i. repercussa. Sub testudine oris. i. sub coelo hoc est oris concavitate. Ex palato repercusso. idem est quod ex testudine oris. **Pectine dentis**. nā vox articulata complures litteras format inter linguā & dentes. vt it. d. th. f. v. consonās. **Pectine dentis**. i. de dentibus vel a dentib⁹ pectinatum coeuntib⁹.

Lingua plectrum mobile. qz lingua ē quasi plectrū quod ferit certa loca ad formandū verba. & puto pro nunc vitro dicit legēdū esse nec vt sit sensus. qui de us fecit in me vt vox expressa ex intimo pulmone: repercussa ad coelum nec det sonos ex palato repercusso. nec temperet de pectine dentium. neqz sit. **His agendis**. i. formandis lingua. & cetera quod duobus exemplis probat se eo modo loqui quo si de vellet loqueretur fistula vel cymbaluz: quæ habent sonos & non voces articulas. In ipsis meatibus. id est fistulis quasi arterijs. **La bra pressa**. vt in prolatione. b. p. ph. in litteris nunc hiantia. vt in alijs litteris. quasi dicat. ita possent loqui cymbala & fistule perinde ac si haberent instrumenta quibus formantur litteræ & voces articulate. **Statum nature** verti. id est mutari ab illo. scilicet. Cui. id est a quo. **Forma**. id est oris figura.

Ingressus ille vt hos paratus perspicit:
 Insufflat ipsos ceu videret dæmonas.
 Irridet hoc Asclepiades lætior.
 Addit deinde. nunquid inclementius
 Sicut solebas es paratus dicere?
 Effare quod vis: ac per ora edissere.
 Permitto vocem libere vt exerceas.
 Romanus alto corde suspirans diu
 Semitu querelam traxit: & sic orsus est.
 Christum loquenti lingua nunquam defuit.
 Nec verba quæras quo regantur organo:
 Cum predicatur ipse verborum dator:
 Quæ fecit vt vis vocis expressa intimo
 Pulmone & oris torta sub testudine
 Nunc ex palato det repercusso sonos:
 Nunc temperetur dentium de pectinet:
 Sitqz his agendis lingua plectrum mobile.
 Si mandet idem. faucium sic fistulas
 Spirare flatu concinentes consonos:
 Ut verba in ipsis explicent meatibus:
 Vel exitu oris cymbalis profarier
 Nunc pressa parce labra nunc hiantia.
 Dubitas ne verti posse nature statum:
 Cui facta forma est: qualis esset primitus?
 Hanc nempe factor vertere vt libet potest.

Romanus.

Leges texere ac reterere. id est ponere ac tollere. Sic vergilius. vi. cencidos. leges sicut atqz reterit. Postulet. desideret. quia potest facere vt sine lingua quis loquatur. Pressit pede. quo pacto absente saluatore discipuli obruebantur vndis ad quos per fluctus venit. et

Posita sçpl leges texere. ac reterere:
 Linguam loquela ne ministram postulet.
 Vis scire nostri numinis potentiam?
 Fluctus liquentis æquoris pressit pede.
 Natura fluxa ac tenuis in solidum coit.
 Quæ dispar illis legibus: quis condita est:
 Solet natatus ferre: fert vestigia.
 Habet vsitatum munus hoc diuinitas:
 Quæ vera nobis colitur in Christo & patre.
 Mutis loquelam: percitum claudis gradum:
 Surdis fruendam reddere audientiam.
 Donare cæcis lucis insuetæ diem.
 Hæc si quis amens fabulosa existimat:
 Vel ipse tute si parum fidelia
 Rebare pridem: vera cognoscas licet.
 Habes loquentem: cuius amputaueras
 Linguam. probatis cede iam miraculis
 Horror stupentem persecutorem subit.
 Timorqz & ira pectus in caliginem
 Tertere. nescit vigilet: an ne somniet.
 Miratur hærens quod sit ostenti genus.
 Formido frangit. armat indignatio.
 Nec vim domare mentis effrenæ potest.
 Nec quo furoris tela vertat: inuenit.
 Postremo medicum sæuus insontem iubet
 Reum citari. nundinatum hunc arguit

Quo. id est in quæ saeuat: cum non possit in romanum. Citari. in ius vocari. Nundinatum. id est ad diem certum vocatum. nam nundinari est in vrbem litis causa ad certum diem venire. aliquando etiam alijs de rebus. Factus cum romano precium faciens.

Martho. cap. xliij.
 Fluxa & tenuis.
 qualis est aqua.
 Coit. condensata
 vsus inere possit ne
 cedat pōderi. Dis
 par. contraria.
 Quæ. pro quibus
 putat qz sit natabit
 nunc autē sub chris
 to sustinet vestigia
 Hoc munus. id est
 officium quod facit
 miracula vt hoc qd
 dicit & que sequuntur
 tur. gradum percitum
 tum. i. velocē. alias
 percitum. i. cōmotus
 Audientiam. acti
 audiēdi. Cede mi
 raculis. id est vince
 re & dare locum.
 Tertere pro verte
 bat. in caliginē. id est
 ignorantiam veri qz
 tra impedit animi
 ne possit ceruere ve
 rum. Hærens dis
 bitans. Juuenalis.
 heremus dicat ipsa
 Formido & indig
 gnatio. affectus con
 trarij in eodem ho
 mine. vim. id est vio
 lentiam & impetus



Prudentis

Colluderet. i. collusionem faceret. **Irritum.** i. vanum nihilque efficiens. **Retunsis.** i. obtusis et hebetibus. **Sauciata parte et non totam linguam.** Usquequaque omni ex parte alias se imper alias ubique sicut. **Manere.** sc. subaudi iudex dicebat non posse et non posse iterum verba exprimi in oris concavitate sine lingua que moderatur verba. **Esto.** concedam quod eripat vox aut spiritus non tamen articulat. **Ca**

cuo. specu. i. ex ore vacuo aut thorace

Echo. i. per repercussionem unigenatur echo. **Oratio.** que constat vocibus articulat. **Veris** veritate et experimento. **Calumni** am falsam criminationem. **Haustrus** patentes. i. partes per quas haurimus cibum potumque.

Regat spiramina idest formet voces in verba quod est lingue officium.

Puncto leui. idest punctura modica.

Plectro. i. lingua. **Cicero.** ii. de natura deorum plectri similem linguam nostram solent dicere.

Fatus. i. loquela a faris vel fare. **Magistra vocis.** i. lingua ut dicit verborum moderatorum

In vitium cadit. idest viciatur et leditur. **Fiat periculum.** i. experimentum. **Terentius.** fac periculum in litteris. **fac impalestra** **Lingua eruta.** i. eunisa. **Vox fragosa.** i. horrida et aspera. sed si elinguis fiat nullam habebit omnino.

Clamor inconditus. idest inarticulatus. **Nil stridulum.** idest non modo non emittet vocem sed neque stridorem quidem.

A mercede certa pactus ut conluderet:
Aut ferrum in ore nil agens et irritum
Uersasse frustra. seu retunsis tactibus
Aut arte quadam vulnus illatum breue:
Quod sauciata parte linguam laderet:
Meruos nec omnes vsquequaque absconderet.
Manere saluam vocis armoniam probe
Non posse inani concauo verba exprimi:
Quæ concrepare lingua moderatrix facit.
Esto ut resultet spiritus vacuo specu
Echo: sed extat inde non oratio.
Veris refutat medicus hanc calumniam.
Scrutare vel tu nunc latebras faucium:
Intraque dentes curiosum pollicem
Circunfer: haustus vel patentes inspice:
Lateat ne quicquam: quod regat spiramina.
Quanquam forassem forte si puncto leui:
Tenui ve linguam contigissem vulnere.
Titubante plectro fatus esset debilis.
Nam cum magistra vocis in vitium cadit:
Ufus et necesse est et loquendi intercidat.
Fiat periculum si placet: cuiusmodi
Edat querelam quadrupes lingua eruta
Elinguis: et que porca grunitum strepat:
Lui vox fragosa. clamor est inconditus:
Probabo mutam nil sonare stridulum.

Romanus

Salutem principis. sic turare consueverit subditi. per vitam et per gentium principis. **Suggillet verba.** forte suggerat. i. subministrat: quia suggillare aliud est. **Latronem christiana** noxi. i. persecutorem et carnificem. **Non bubulus.** i. abone. profusus. **Agnoscis illum.** i. bubulum sanguinem: et quod non est hic bubulus sed meus. **Pagane.** i. non inuitate ad christianorum sacra sed profane. et est translatio sumpta ex eo quod omnis homo aut miles est aut paganus. **Vestri** bonis. i. quem vos sacrificare consueuistis. **Litata** egde. i. in sacrificio effuso bouis sanguine. **Scrobe** acta sub terram. videtur significare terentiana sacra que fiebant romæ campo martio in loco qui dicebatur tereros i quo erat ara diti patri sacra pedibus viginti sub terram defossa sacrificabatur autem bos nigra. **Infulatus.** i. iufula indutum habens caput quod erat sacerdotum insigne ut nunc est episcopi mitra. **Tempora.** i. ipse festus et quasi die festo ornatus.

Testor salutem principis me simplici
Functum secantis arte iudex optime:
Seruasse iussis absque fraude publicis.
Sciat hic: quis illi verba suggillet deus.
Ego vnde mutus sit disertus: nescio.
His se Aristo purgat. at contra impium
Nil hæc latronem Christianorum mouent.
Magis magisque fertur in vesaniam.
Quærit num alienus sanguis ille asperferit
Virum: suo ne fluxerit de vulnere.
Respondit his Romanus. eccum præsto sum.
Adeus iste sanguis verus est: non bubulus.
Agnoscis illum: quem loquor: miserrime
Pagane vestri sanguinem sacrum bouis:
Luius litata cæde permadescitis
Summus sacerdos nepe sub terram scrobe
Acta in profundum consecrandus mergitur
Adire infulatus: festa vittis tempora
Rectens: corona tum repperus aurea:
Linctu gabino sericam fultus rogam.
Tabulis superne strata texunt pulpita
Rimosa rari pægmatis compagibus.

cerdoti caput repecteretur ut turbarentur capilli. **Quidius.** iij. de arte illa deperxa modo est **Linctu gabino.** i. precinctus et expeditus **Vergili** libro. vii. ipse quirinali lituo cinctus gabino et **Lucan** in pri. ritu succincta gabino. **Fultus togam.** i. habens togam sericam **Superne.** i. a parte superiori scrobis. **Pulpita strata.** i. stragulis operata. **Rimosa.** ut per rimas defluat sanguis in scrobem. **Rari pægmatis.** i. pulpiti in modum pægmatis suggesti. **rarum** autem dicit pro rimosum. est autem pægma machina ex tabulis compacta que rotis imposita poterat deferri per vibem. **Iuuenalis** et pægma et pueros inde ad velaria raptos.



Prudentij

Aream. i. pulpi ti illius plantie qua dicit rimofas. Minutis hiatisbus. i. foraminibus per
 quod defluit sanguis Duc taurus. sacrificandus. i. qui ad ara ferebat cenatus in theo can
 dido. i. cornibus aureis. i. ferti. ex ferribus
 Fulgor bractealis. i. ex bracteis auri. quibus est inauratus. Venabulo. v. cultro vel alio ferramento cui venabulum sit venationi aptum. In texta. i. tabulata tabulis cōtexta. i. modum poris subiectis flumē vapor. i. sanguinis enaporatis Tabidum rorem. i. sanguinem iam corruptum quod extra venas in modum roris sparsum. De fossis. i. i scrobe quam dicit putrefactus. i. maculatus et tabidus. Quinque supinat. i. organa oisidit quod se suū erigit ut sanguinem excipiat. Genas oculoꝝ palpebras aut malas. Cadaver. i. bouis. Sanguine egesto. i. exhausto. ab illa cōpage. i. scrobe cui supinatus positus erat pulvis et tabulis cōpactis. Amictus ebrios. i. sanguine madefactos. Recentis piaculi. i. sacrificij facti in piaculo. i. purificatione aiar. Eminus a longe non audeo accedere propter venerationem sacerdotum

Scindunt subinde vel terebrant aream:
 Crebroque lignum perforant acumine:
 Pateat minutis vt frequens hiatisbus.
 Duc taurus ingens fronte torua 7 hispida
 Sertis reuinctus aut per armos floreis:
 Aut impeditis cornibus deducitur.
 Nec non 7 auro frons coruscat hostia:
 Setasque fulgor bractealis inficit.
 Hic vt statura est immolanda belua:
 Pectus sacro diuidunt venabulo.
 Eructat amplum vulnus vnda sanguinis
 Feruentis. inq; texta pontis subditi
 Fundit vaporum flumen: 7 late aestuat.
 Lum per frequentes mille rimarum vias
 Illapsus imber tabidum rorem pluit:
 Defossus intus quem sacerdos excipit
 Guttas ad omnes turpe subiectans caput.
 Et veste et omni putrefactus corpore
 Qui nos supinat obuias offert genas.
 Supponit aures. labra. nares obicit.
 Oculos et ipsos perluit liquoribus.
 Nec iam palato parcit: et linguam rigat:
 Donec cruorem totus atrum combibat.
 Postquam cadaver sanguine egesto rigens
 Compage ab illa flamines retraxerint:
 Procedit inde pontifex visu horridus.
 Ostentat vtrumq; verticem. barbam grauem.
 Vittas madentes. atq; amictus ebrios.
 Hunc inquinatum talibus contagijs.
 Labo recentis sordidum piaculi
 Omnes salutant atq; adorant eminus:
 Illis quod illum sanguis et bos mortuus

Romanus

Lauerint. i. explauerint. Hecatomben. i. centum bouum hostiam. de qua saepe homerus. 7
 Iuuenalis qui promittat hecatombem. unde subdit centena ferro. 7c. Augures. id est
 ipsi sacrificuli. Macellum puluinarium. i. sacrificia temploꝝ redundantia cruore quasi in
 macello. puluina aut sternebantur in honore deorum Cicero in quarto thuf. deorū in
 quit puluinaribus 7
 epulis magistratum
 um. Hos metipsum
 de sacerdotibus bel
 long dicit: qui non
 alieno sed sanguine
 ne suo deꝝ sacrificia
 bant et vitas ma
 nu gladijs strictis
 armati per urbem
 efferebantur. et ita
 vaticinabantur fa
 natia. i. furibundi.
 Matrem deā. lego
 deum pro deorum. i.
 cibelen. ex apuleij
 sententia qui tres de
 as bellonā cibelen
 istidem idem nūq̄
 esse putat 7 Iuue
 nalis eisdem sacerdo
 tes illis attribuit.
 cum dicit bellong
 matrisq; deum cho
 rus intrat. 7c. Ro
 tare. subaudi caput
 Parta. i. parata.
 Coelum. i. diuinit
 tatem. Sic. i. gal
 lus sacerdos ma
 tris deorum. Mo
 tenda. i. secunda.
 Horatius. pri. ser.
 caudaq; solacem

foedis latentem sub cauernis lauerint.
 Addamus illam vis hecatombem tuam:
 Centena ferro cum cadunt animalia:
 Varias abundans caede restagnat cruor:
 Vir vt cruentis augures natatibus
 Possint meare per profundū sanguinem?
 Sed quid macellum pingue puluinarium?
 Quid maximorum lancinatores gregum
 Eviscerata carne crudos criminor?
 Sunt sacra: quando vosmetipsi exciditis.
 Glorius et cum membra detrunctat dolor:
 Cultrum in lacertos exerit fanaticus:
 Sectisq; matrem brachij placat deam.
 Furere ac rotare ius putatur misticum.
 Parta ad secandum dextra fertur impia.
 Coelum meretur vulnere crudelitas.
 Aut hic metenda dedicat genitalia.
 Flumen reciso mitigans ab inguine
 Offert pudendum semivir donum dex.
 Illam reuulsa masculini germinis
 Vena effluenti pascit auctam sanguine.
 Uterq; sexus sanctitati displicet.
 Medium retentat inter alternum genus
 Abas esse cessat ille: nec fit foemina.
 Foelix deorum mater imberbes sibi

demeteret ferro. Flumen. i. deam cibelen. Nam putabant id esse sacrificij quoddam ge
 nus Iuuenalis. mollia qui samia secuit genitalia testa. Semivir. quoniam genitalia am
 sit. Donū pudendum. i. mentulara vtrumq; Vena masculini generis. i. genitale virile quod
 venis constat. Horatius. nam simul ac venas inflavit tetra libido. Sanctitati. i. de sancto
 nam gallus neq; vir est neq; foemina vnde et semivir appellat. Imberbes aut quod castratis
 occidit barbū vnde Iuuenalis et desperatio barbū aut quod ephēbi ad hoc munus eligebant.

Id ij



Prudentij.

Leuis. aculis r politis. Sacrandus. sacerdos ille gallus. Sphragitidas. idest me
dicamenta ex terra sphragitide hoc est sigillata: que valet ad cicatricanda vulnera. Celsus
libro. v. pastillus ad

glutinandū vulnus
sphragis nuncupa
tur. nam sphragizo
est sigillo siue cōclu
do. Membra. idest
genitalia abscissa.
Ignituerunt. i. acus
ille fuerunt ignite.
sz vilitati est igneo
vel ignesco. Stigma
marit. pro stigmati
zauerit. i. stigmati
notauerit. Obdu
cit cutem. idest ope
rit partē illam cau
terio notatā. Tor
menta inuri. idest
per inuisionē infli
gi. Finis. mors que
est malorum finis.

Jam non licebit.
scilz post mortem.

Ledas. idest vini
caris. Et desinas.
scilicet torquere.
Sector. idest carni
fer qui secat mem
bra. Sed perem
ptoris. ordo est. Sed
manus perēptoris
strangulatrix fau
cium succedet illis
scilicet faucibus. qz
vox inq̄ta oris gar
ruli aliter nescit si
lere q̄ si fregero tu
bam. idest interclu
sero vocis meatus
per strangulationē.

Parat ministros leuis nouaculis.
Quid cum sacrandus accipit sphragitidas:
Acus minutas ingerunt fornacibus.
His membra pergunt vrere. vt igniuerint
Quancunq; partem corporis feruens nota
Stigmatit: hanc sibi consecratam p̄dicant.
Functum deinde cum relinquit spiritus:
Et ad sepulchrum pompa fertur funeris:
Partes per ipsas imprimuntur bractea.
Insignis auri lamina inducit cutem.
Legitur metallo: quod perustū est ignibus.
Has ferre poenas cogitur gentilitas.
Hac dii coercent lege cultores suos.
Sic dæmon ipse ludit hos: quos ceperit.
Docet execrandas ferre contumelias.
Tormenta inuri mandat infelicibus.
At noster iste sanguis ex vestra fluit
Crudelitate. vos tyrannide de impia
Exulceratis innocentum corpora.
Si vos sinatis: incruente viuimus.
At si cruenta puniamur: vincimus.
Sed iam silebo. finis instat debitus.
Finis malorum. passionis gloria.
Jam non licebit improbe. vt licuit modo.
Torquere nostra vel secare viscera.
Ledas necesse est victus: et iam desinas.
Lessabit equidem tortor et sector dehinc.
Judex minatur: sed peremptoris manus
Succedet illis strangulatrix faucium.
Alter silere nescit oris garruli
Tlor inquieta. quam tubam si fregero.
Dixit. forozq; protrahi iussit virum

Romanus

Carceris noxialis. i. in quo noxii sunt clausi. Victor nefandus. sic appellatur consulis
aut pretoris minister. Vinculis. s. corporis in quibus violenter detinetur ex platonis sen
tentia. ad quod alludit apostolus cum dicit cupido dissolui et esse cum christo. et alibi. miser
Ego quis me liberabit a corpore mortis huius. Principi. quē admodū diximus galerio cesa
ri. qui hūc ascepiā

Trudī in tenebras noxialis carceris.
Elidit illic fune collum martyris
Victor nefandus. sic peracta est passio.
Anima absoluta vinculis coelum petit.
Besta intinasse cuncta fertur principi
Præfectus addens ordinem voluminum:
Seriemq; tantæ digerens tragœdiæ
Lætatus omne crimen in fascēs refert
Suum tyrannus chartulis viuacibus.
Illas sed ætas conficit diutina.
Fuligo fuscet. puluis obducit situ.
Carpit senectus: aut ruinis obruit.
Inscripta Christo pagina immortalis est:
Nec obsolescet nullus in coelis apex.
Excepit adstant angelus coram deo:
Et quæ locutus martyr: et quæ pertulit:
Nec verba solum differentis condidit:
Sed ipsa pingens vulnera expressit stilo
Laterum. genarum. pectorisq; et faucium.
Omnis notata est sanguinis dimensio.
Et quanq; plagam sulcus exarauerit.
Altam. patentem. proximam. longā. breuiem.
Quæ vis doloris. qui ve segmenti modus.
Guttam cruoris ille nullam perdidit.
Hic in regestis est liber coelestibus
Monimenta seruans laudis indelebilis:
Relegendus olim sempiterno iudici
Libramine æquo: qui malorum pondera

Proximam. i. in cutis similitudine vt sit contrariū et quod dicit altā hoc est profundā. Segmē
ti. i. scatoris. nā ascco dē segmentū. In regestis. i. in voluminibus in quib; cōtinētur acta

ri. qui hūc ascepiā
dē p̄ccerat atiochig
Ordinē voluminū
.i. volumina librorū
explicatū. Tragoē
diæ. Nam haec ma
teria quodaz modo
tragica fuit. In fa
sces. s. librorū vel po
ti in annales qui
a consilib; nomē ac
cipiebant quozū fa
sces erant insignia
cum securibus. **L**ō
ficit obliterat. qz
acti sub galerio nō
reperitur huius. mar
tyris passio. Inscr
pta christo. in libro
vite de quo in Epi
calypsi. et in euange
lio **L** necap. r. noia
vestra scripta sunt i
coelis. Apex. qui lit
teris hebraicis p̄scri
tum ipom consuevit
obsolescet. i. obli
terabitur. vnde obso
leta dicuntur desue
ta longo vsu. Tinge
lus adstant. ex enā
gelo angeli inquit
eorum semper vidēt
faciē patris pingēs
describens. Sangui
nis dimensio. i. quan
titas. Sulcus. qua
ductus est ferrum.

logocellus

Dij



VNIERSIDAD
DE SALAMANCA

GREDOUSALES

Prudentij.

et res gestis. **N**on corrupte de volumine illud Gregorij registris, p. regestis. Et premiorum. i. bonorum id quod sequitur eo quod procedit. Inter hedorum greges. i. inter peccatores qui sustendi sunt ad sinistras in dicitur ex euangelio Mat. cap. xxv. **N**on agnosceret eminus. i. a longe me conspiceret Romanus.

Et premiorum comparabit copias.
Vellem sinister inter hedorum greges
Ut sum futurus eminus dignoscerer:
Alter hoc precante diceret rex optimus:
Romanus orat. transfer hunc hedum mihi.
Sit dexter agnus induatur vellere.

Finit Romanus.

**Au. P. u. Cl. U. L. Peri
Stephanon.**

Emiterij et chaledonij martyrum.

Hos duos martyres calaguritanos fuisse satis constat ex hymno cuius initium est his nonem noster ubi legitur Calaguris ambos quos veneramus. **H**as quod in quadam historia illorum legitur fuisse legionarios. i. ex legione civitate ex errore ortum est: quoniam fuerunt milites ex quadam ignota legione vocati sunt autem emiterius et chaledonius sive ut in recentioribus libris legitur emiterius et chaledonius sive chelidonius Scripta sunt coelo odae monochordae qualis est illa da puer plecurum. prima pars huius carminis continet laudes martyrum et loci in quo eorum corpora sunt sepulta qui mira multorum populorum veneratione frequentatur propter miracula que ibi fiunt. deinde ponit ipsorum vitam et martyrium. tum postea redit ad miracula. Coelo. iuxta illud **L**uce. ca. v. noia vestra scripta sunt in coelo duorum martyrum quorum non ponit noia sicut neque posuit in hymno duodevigesimi martyrum caesaris gulfanorum. **N**ois sanguinis. i. litteris ex sanguine martyrum scriptis **T**erra iberia. aut hispana que a grecis dicitur iberia. aut prope iberia ubi est calaguris unde sunt hi duo martyres. ut infra gestabit calaguris ambos quos veneramus.

**Hymnus in honorem sanctorum
Martyrum Emiterij et Chaledo
nij Calaguritanorum.**

Scripta sunt coelo duorum martyrum vocabula:
Aureisque Christus illic annotavit litteris
Sanguinis notis eadem scripta terris tradidit.
Nollet hoc felix per orbem terra scemate.

Peristephanon

Stemmate. i. corona ut in romano dicitur vel nobilitate posuit. **H**ic locus. i. calaguritanis calaguritanorum urbs. **P**udicus. castus et mundus. **H**ospes. qui recipere. alias qui recipitur. **C**alentes vendas ceda. i. sanguine duorum martyrum effuso. **C**onfrequentant. concelebrant. **I**ncolae calaguritanum. **C**olonus. i. peregrinus. **F**ama prodit. i. manifestatrix. nam prodere est procul dare in hac significatione. **A**mbiant. i. ambitio se obferunt. sumptum verbum ab iis qui suffragatores affectantur ad obtinendos magisteratus. **P**uras preces. i. honestas nam tales esse debent si volumus aliquid a deo impetrare ut etiam per se et Juvenalis dicitur **T**erfis scetibus. nam venerat scens et redit lectus lacrymis absteris et exsecaris. **S**uffragantum id est martyrum qui sunt nobis apud deum suffragatores. **N**on sinant. ordo est. **A**ndunt. scilicet preces supplicum. et statim ferunt preces ad deum. ut non sinant inane. i. vanum. **M**urmur. id est preces subaudi quas vllus fuderit voce non alta sed suppressa iuxta illud per se murmur humiliter suis furros tollere de templis. **I**bi ipso fonte. a deo quia ut Jacobus in canonica scribit cap. p. omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est descendens a patre lumine. quod dona. scilicet a deo profecta. **I**rrigant causas. id est fontem et recreant et sanant morbos unde causarum dicitur vultudinarum ut digitorum libro de re militari. **C**ausaria missio est que propter vultudinem laboribus multum soluit. **S**uis testibus. id est martyribus. **H**an martyr interpretatur testis. **D**ispensio sanguinis. id est iactura et damno mortis. **L**ux longior. i. vita immortalis. rependit recompensat.

Hic locus dignus tenendis ossibus visus deo:
Qui beatorum pudicus esset hospes corporum.
Hic calentes hausit vendas cæda tinctus duplici.
Illitas cruore sancto nunc arenas incolæ
Confrequentat obsecrantes voce. votis. munere.
Exteri nec non et orbis huc colonus aduenit.
Fama nam terras in omnes præcucurrit perditrix
Hic patronos esse mundi: quos precantes ambient.
Nemo puras hic rogando frustra cõgessit preces.
Lætus hinc tersis reuertit supplicator: fletibus:
Omne quod iustum poposcit impetratum sentiens.
Lanta pro nostris periculis cura suffragantum est:
Non sinant inane ut vllus voce murmur fuderit.
Andunt: statimque ad aurem regis æterni ferunt.
Inde larga fonte ab ipso dona terris influunt:
Supplicum causas petitis quæ medelis irrigant.
Nil suis bonus rigavit christus unquam testibus.
Testibus quos nec cætena: dira nec mors terruit
Unicum deum fateri sanguinis dispendio:
Sanguinis sed tale damnum lux rependit longior.

Ambiant. i. ambitio se obferunt. sumptum verbum ab iis qui suffragatores affectantur ad obtinendos magisteratus. Puras preces. i. honestas nam tales esse debent si volumus aliquid a deo impetrare ut etiam per se et Juvenalis dicitur Terfis scetibus. nam venerat scens et redit lectus lacrymis absteris et exsecaris. Suffragantum id est martyrum qui sunt nobis apud deum suffragatores. Non sinant. ordo est. Andunt. scilicet preces supplicum. et statim ferunt preces ad deum. ut non sinant inane. i. vanum. Murmur. id est preces subaudi

legeneqavit

di quas vllus fuderit voce non alta sed suppressa iuxta illud per se murmur humiliter suis furros tollere de templis. Ibi ipso fonte. a deo quia ut Jacobus in canonica scribit cap. p. omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est descendens a patre lumine. quod dona. scilicet a deo profecta. Irrigant causas. id est fontem et recreant et sanant morbos unde causarum dicitur vultudinarum ut digitorum libro de re militari. Causaria missio est que propter vultudinem laboribus multum soluit. Suis testibus. id est martyribus. Han martyr interpretatur testis. Dispensio sanguinis. id est iactura et damno mortis. Lux longior. i. vita immortalis. rependit recompensat.

Hic



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

GREDO SALAS

Prudentis

Membra ordo est. donare ferro hostili membra tecta et compacta. Etenim languidis. i. aegrotantibus que alias erant consumenda morbis. Mobilis porta. per quam intratur ad coeli aulam. Fonte rubro. i. in sanguinis baptesmate quod est unum de tribus que dant testimonium in terris. De sede cordis. quia ex corde exeunt cogitationes. Mat. cap. xv. Nec rudē. incipit vitam martyrii narrare. nam antea quod militarent christo: militauerant cesari. Ad

perenne cingulum. nam antea erant ornati baltheo. i. cingulo militari. quod erat insignie militie. hic vero sunt ornati baltheo siue cingulo aeternitatis: quod est insignie militum christi. Virtus sueta bello. i. fortitudo exercitatus bello seculari. Militat armis sacrarijs. id est sacratis hoc est christo. Signum crucis. pro signis et verillis caesaris. Pallijs. id est velis siue verillis et signis ventosis. i. que vento agitantur. vel potius ventosis. i. vanis et superbis.

Draconum. que erant insignia verillorum cum aquilis. vide signiferi et antesignarij tuz aquiliferi tum draconarij dicebantur. vegetius auctor est libro primo. quid inquit ipsi draconarij atque signiferi. qui sinistra manu hastas gubernant. Claudianus in epithalamio sicut bellatrices aquile facitque dracones. Idem de tertio consulatu honorij in volucres tollunt aquilas. hi pieta draconum colla lenant. Insigne lignum. i. crucis. Quod. per christi passionem. Draconem. id est diabolum. qui sub specie serpentis etiam decepit. Uile censeri. id est turpe negotium. exercere officia militaria que subdit. Forte ordo est. Ductor atrox. id est crudelis princeps. Aule mundialis. id est imperij romani quod erat seculare et more religionis nostre loquamur. Iusserat posteros israelis. id est christianos qui in locum filiorum israel substituti sunt ex gentibus. Ideo dixit secundos quia primis successerunt. Litare. id est sacrificare improprie. nam litare est sacrificio impetrare. Et tuebatur etiam. Esse defugas christi. id est per fugas siue transfugas: sunt autem qui se ad hostes in bello transferunt.

Hoc genus mortis decoz est: hoc p'bis dignū viris: Membra morbis excedenda tecta venis languidis Hostico donare ferro: morte et hostem vincere. Pulchra res ictum sub ense persecutoris pati. Mobilis per vulnus amplū porta iustis pandit. Nota mens in fonte rubro sede cordis exilit. Nec rudem crudi laboris ante viam duxerant Milites: quos ad perenne cingulū christus vocat. Sueta virtus bello et armis militat sacrarijs. Caesaris verilla linquunt. eligunt signum crucis. Proque ventosis draconum quos gerebāt pallijs: Præferunt insigne lignū quod draconē subdidit. Uile censent expeditis ferre dextris spicula. Achimis murum ferire. castra fossis cingere. Impias manus cruentis inquinare stragibus. Forte tunc atrox secundos israelis posteros Ductor aule mundialis ire ad aram iusserat: Idolis litare nigris: esse Christi defugas.

Romanus

Pestis succincta ferro. id est persecutor armatus. Fidem liberam. que facit homines liberos vera libertate. sicut e contrario qui facit peccatum seruus est peccati. Illa fortis. i. fides christianorum. Angulas bisulcas. id est bidentatas. Duris bacis. bacca quod genus sit vinculi non legi. forte legendum est boijs. est autem boia genus vinculi tam lignea quam ferrea. plautus in asinaria. nervos. catenas carceris nunnelas. pedicas. boias. vsus

est eodem vocabulo in plogo psychoma chie dicens. attrita bacis cola liber erigit. Barbaras manus. cruceles. Veritas. id est christiana religio. Virtus cesa. id est fidelis cesis. Solum triste percussis. scilicet cadēs in terram: quod triste spectaculum prebebat. Et ingesta. scilicet virtus illa.

Sociis. quia multi ex martyribus vultu latifunt. Hic duorum. i. in persecutio one illa. Hi duorum. ergo hi duo martyres fratres erant Ad bipennē p' blicam. quia consulum et pretorum insignia erant virgarum et securum fascis. Postvinctur

Liberam succincta ferro pestis virgebat fidem. Illa virgas. et secures. et bisulcas vngulas Ultro fortis expetebat Christi amore interrita. Carcer inligata duris colla bacis impedit. Barbaras forum per omne tortor exercet manū. Veritas crimen putatur. vox fidelis plectitur. Tunc et ense cesa virtus triste percussit solum. Et rogis ingesta moestis ore flammis sorbuit. Dulce tunc iustis cremari. dulce ferrum perpeti. Hic duorum cara fratrum conualescunt pectora Fida: quos per omne tempus iunxerat sodalitas. Stant parati ferre quicquid fors tulisset vltima: Seu foret præbenda ceruix ad bipennē publicæ: Verberū post vim crepantū: post catastas igneas: Siue pardis offerendum pectus: aut leonibus. Hos ne Christo procreati māmone dicabimur: Et dei formam gerentes seruiemus seculo: Absit vt coelestis ignis se tenebris misceat. Sit satis quod capta primo vita sub chirographo

berum. id est post virgarum verbera. Crepantur. id est sonantium cum plagas inferunt.

Post catastas igneas. cum sit catalla carcer ubi venales serui sunt expositi venditioni. dicta a catastro quod est expono. in vita martyrii ponitur pro quodā genere tormenti siue vinculi. et forte pro igneas legendum est ligneas. Pardis. sunt mares in genere panthe rarum pardi sicut foemine dicuntur varie. Hos ne. verba sunt martyrum. Christo. id est cultu christiano geniti. Mamone. id est diabolo. rebusque mundanis. est autem mamona lingua syrica siue aramaica: pecunia aut diuitie: quarū dominus videtur esse diabolus. videretque poeta alludere ad illud Matthei cap. vi. non potestis deo seruire et mamone.

Coelestis ignis. i. cor. vi. que partic. patio lucis ad tenebras. Vita capta. forte legendū coepta. Sub primo chirographo. i. sub militari sacramento quo eramus addicti primo imperatori.



Prudentij.

Functa rebus cesaris. id est officio debito cesari. Rependi. id est reddi et restitui. Iuxta illud. Matthei. xxiij. Reddite que sunt cesaris cesari et que dei deo. Magistri signiferi et draconarii. Tribuni. scilicet militum qui erant prefeci legionum. Absistite. id est discedite. Aureos torques. id est insignia militaria que dantur pro vulneribus in prelio acceptis pro munere. Suspendia. que dantur militibus. quia nemo militat suis stipendijs. Candidatis. id est veste

candida indutis. vnde de ecclesia canit. Te martyri candi datus laudat exercitus. Rigor et chalybs ferus. id est rigidum ferrum et durum ferum in carceribus et vincula. Inuoluit. id est impedit. Graubus cingulis. id est catenarum anulis. O vetustatis. dicit poeta quod multa sunt martyres perpeffiq; scripta fuerunt de miraculis que in eorum morte sunt facta: sed obliterata sunt a satellitibus et ministris ne procederentur in ipsorum confusione. Oblivio obsoleta. id est que facit res obsolescere et in defuetudinem tendere. Invidetur nobis. id est illi invidetur nobis tam gloriam ideo cremauerunt scripta. Tenacibus libellis. scilicet memorie rerum gestarum. Spargerent id est divulgarent. Fugibus. id est non constat quo moris genere sint affecti: mortui sunt in catenis: et nutrierunt longum capillum et barbam. restitimus autem ordinem versibus qui erant confusi. et turbabant sensum. Subtrahunt. id est quanquam cetera obsoleuerunt hoc unum miraculum quod statim subiungit non potuit obliterari.

Debitum persoluit omne functa rebus cesaris.
 Tempus est deo rependi: quicquid est proprium dei.
 Ite signorum magistri. et vos tribuni absistite.
 Aureos auferte torques: fauciorum premia.
 Clara nos hinc angelorum iam vocant stipendia.
 Christus illic candidatis presidet cohortibus.
 Et throno regnas ab alto damnat ifames deos.
 Vosque qui ridenda vobis monstra diuos fingitis.
 Hec loquentes obruuntur mille poenis martyres.
 Moxibus manus utraque flexus inuoluit rigor.
 Et chalybs adtrita colla graubus ambit circulis.
 O vetustatis silentis obsoleta obliuio.
 Inuidetur ista nobis: fama et ipsa extinguitur.
 Chartulas blasphemus olim nam satellites abstulit:
 Ne tenacibus libellis erudita secula
 Ordinem. tempus. modumque passionis proditum
 Dulcibus linguis per aures posterorum spargerent.
 Quos viros dolore tortor. quae uel poena ornauerit.
 Fugibus longum cathenis an capillum pauerint.
 Hoc tamen solum vetusta subtrahunt silentia:
 Illa laus occulta non est. nec fenescit tempore.
 Illa quod sursum per auras euolarunt munera.
 Quae uiam patere coeli praemicando ostenderent.

Tenacibus libellis. scilicet memorie rerum gestarum. Spargerent id est divulgarent. Fugibus. id est non constat quo moris genere sint affecti: mortui sunt in catenis: et nutrierunt longum capillum et barbam. restitimus autem ordinem versibus qui erant confusi. et turbabant sensum. Subtrahunt. id est quanquam cetera obsoleuerunt hoc unum miraculum quod statim subiungit non potuit obliterari.

Peristephanon

Merens. id est dubitans an gladio percuteretur et propositus stupore. Sed peregit letum. id est percussit truncatus itaque martyres. quod est contrarium ei. quod supra dixerat. sed illic forsasse loquebatur de tormentis citra mortem. hic uero de mortis genere. Vasconum. quae calaguris in vasconibus celtiberis est sita. Crudelis error. quia per errorem hoc fecerunt: quia ut dicit apostolus. si hominum gloria cognouissent nunquam illum crucifixerunt. Spiritus hostiarum. id est horum martyrum animas qui se deo obtulerunt hostias immolatas. Cerne id est si non credis hoc crede saltem miraculis. Deuorant precordia. id est torquent homines. Miscent sensibus. illos perturbando. Homo plenus hoste suo. id est a demone possessus. Sistet. ponit ante martyrum se pulchra. Cruda lumina. id est oculos terrosos. Expiandus. homo. scilicet licet demoniacus purgandus et liberandus a demonis potestate. Non suorum criminum. quia illud crimen non est hominis sed demonis. Etulatus. scilicet demonum cum torquetur uirtute martyrum unde excutitur non uideatur tortor. Crescit. id est extenditur super-

Illius fidem figurans nubem fertur amulus.
 Hic sui dat pignus oris (ut ferunt) orarium.
 Quae superno rapta flatu lucis intrant intimum.
 Per poli liquentis axem fulgur auri absconditur.
 Ac diu visum sequacem textilis cando fugit.
 Subuehuntur usque in astra. nec videntur amplius.
 Uidit hoc conuentus adstans. ipse uidit carnifex.
 Et manum repressit haeres. ac stupore obpalluit:
 Sed tamen peregit ictum: ne periret gloria.
 Jam ne credis bruta quondam vasconum gentilitas:
 Quam sacrum crudelis error immolarit sanguine?
 Credis in deum relatos hostiarum spiritus?
 Cerne quam palam feroces hic domantur demones:
 Qui lupino capta rictu deuorant precordia.
 Strangulat mentes et ipsas: seque miscet sensibus.
 Tunc suo iam plenus hoste sistitur furus homo
 Spumeas efflans saliuas. cruda torques lumina.
 Expiandus quaestione non suorum criminum.
 Etulatus: nec tortor adstat: eiulatus flebiles.
 Scinditur per flagra corpus: nec flagellum cernit.
 Crescit et suspensus ipse uinculis latentibus.
 His modis spurcum latrone martyrum uirtus quatit.
 Hec coercet. torquet. uirtus. haec catenas incutit.
 Praedo ueratus relictis se medullis eruit.
 Linqunt in laeam rapinam. faucibus siccis fugit:

fas. Latronem. demonem. Illam rapinam. translatio est sumpta ex lupis: qui relinquunt rapinam inuenientiam et abeunt faucibus siccis. Vergilius secundo encidos. Lupi ceu raptores. catulique relictis faucibus expectant siccis. Lingue ab imo. id est pedum.



Prudentis.

Confitenequitia non potest dissimulare. Corpora alba. i. pallida qualia sunt aegrotantium persius. atq; albo ventre lauatur. Horror algidus. i. febrem precedens horripilum. Decoloros artus. qz

corruptis frigore color mutat. Tumor. i. pique illud no solis diu siane quo aegrotates tumet. Inostro oppido. i. calagurri. sz quod nro si prudens et cesar angustan e an nro. i. hispano. an celtibero. an qd calagurris a cesar angustana no multu distat. Sospitant. a morbis liberant. Hymnis. i. hymni cantantes. pro salute filiorum et maritorum sed hymnistas dicit matres sicut in psychomachia sodomita libido.

Ungue ab imo vsq; ad capillum salua reddit oia. Confitens ardere sese: nam gehenne est incola. Quid loquar purgata longis alba morbis corpora: Algidus cum decoloros horror artus cocutit? Sic tumor vultu relinquit. hic color verus redit Hoc bonu Saluator ipse: quo fruamur: praestitit: Martyru cum membra nostro consecrauit oppido: Sospitant quae nunc colonos quos liber? alluit. State nuc hymniste matres p receptis paruulis. Lomugum salute laeta vox maritarum strepat. Sit dies haec festa nobis: sit sacratum gaudiu: Finit peristephanon.

Antiqua fanor pares. carmen est q le illud. ales dicit nra. In pia carminis pte prudens gratulat romq qd laurentio duce expulerit deos gentiliu. deus a xysto martyru sibi predictu narrat. et quod spe thesauroz ecclesie pfectu vrbis delustr: r tade igni iposte aiaz exhalauit. tu demu itez gratulat vibi r celebrat e cu ossa martyris comemorat. Parcs fanoru. i. teploz dijs diaoz fabricant. Jam xpo dicata. lego dedita vt stet xp. sesus tu ide. Ritu barbaru. i. religionē dooz falsa. Reges supbos. sesus est qd pu sub falsa religione vicit orbē terraz. nre sub laurentio vicit deos falsos. Insignib? victorijs de orbe tote partis. Urbis togate. ex ver. romanos rex dnos getez togat. Lapta feritate. i. post barbaros domitos r ca pros. Viribus costi. Corneli? cost? tribun? militu bello cu veribus habito toluntū eoz regē occidit spoliq; opuna de eo ioui feretrio obtulit scds post romulu. Camilli M. furi? camillus qui capitolu a gallis senonib? oblectu liberauit de quo Verg. referentē signa camillu et cesaris qui singulare obtinuit dicituram.

Hymn? in honore passiōis Laurentij beatissimi martyris.

Antiqua fanorum parens
Iam Roma christo dedita
Laurentio victrix duce
Ritum triumphas barbarum.
Reges superbos vicerat.
Populosq; frenie presserat.
Punc monstruosis idolis
Imponis imperi iugum
Hac sola deerat gloria
Urbis togatae insignibus:
Feritate capta gentium
Domaret ut spurcu Iouem.
Non turbulentis viribus
Lossi Lamilli. aut Caesaris:
Sed martyris Laurentij

Romanus.

Non incruento praelio.
Armata pugnabat fides
Proprij cruoris prodiga.
Nam morte mortem diruit:
Et semet impendit sibi.
Fore hoc sacerdos dixerat
Jam Xystus adfixus cruci:
Laurentium flentem videns
Crucis sub ipso stipite.
Desiste discessu meo
Fletum dolente r fundere.
Praecedo frater: tu quoq;
Post hoc sequeris triduum.
Extrema vox episcopi
Praenuntiatrix gloriae
Nihil sefellit. nam dies
Praedicta palmam praestitit.
Qua voce? quantis laudibus
Celebrabo mortis ordinem:
Quo passionem carmine
Digne reterens concinam:
Hic primus e septem viris:
Qui stant ad aram proximi:
Leuita sublimis gradu
Et caeteris praestantior.
Clausuris sacrorum praerat
Laelestis arcum domus
Fidis gubernans clauibus:
Glotalq; dispensans opes.
Versat famem pecuniae
Praefectus vrbis regiae
Minister insani ducis.
Exactor hauriet sanguinis.
Qua vi latentes eruat

Non incruento. quia suo sanguine peperit sibi victoriā. Prodiga cruoris. sic Doratus. animos in agne pdigū paulum superante poeno. Semel impedit sibi. i. vitam presentem vt videret vitam immortalē. Xystus. episcopus q mar tyrio precessit laurenti. appellatur qz xystus no vt vulgus scribit sxtus. litteris inuersis. Sub stipite crucis. vbi xistus pendebat. Discessu meo. quo a te diueltor per mortē. Qua voce. poeta dicit se imparē ad describendā tam grandē materiam. Heteres. pangēs r componēs carmen. Primus e septem viris. ex cōsuetudine primitiue r inceptientis ecclesie. in qua fuerunt electi septem viri leu ite qui altari ministrarent: quozum primiceps fuit stephanus vt legitur actuum capti. vi. Caeteris. aut leuitis collegio aut caeteris in rebus puta martyrio. Clausuris sacroz. erat enim aedituus r aerarij sacri custos. Arcanum domus celestis. idest thesaurum secretum ecclesie sic. Sotas opes. r hoc more primitiue ecclesie: ex communi vicitantes. omnia namq; vendebant: r ponebant ante pedes discipuloru. Praefectus vrbis. erat ab imperatore vbi prepositus cuiusmodi potestatem habent qui hodie dicitur vicereges. Insani ducis. idest imperatoris qui talem preposuit. Exactor hauriet sanguinis. idest qui acerbe exigebat vectigalia vsq; ad effusionem sanguinis. Iuuenalis. Ossa vides regum vacuis ex hausta medullis. Qua vi. repete a superiorib?. et versat qua vi. r.

lecto arcanti



Argenteorum aenigmatum. lege emble
matum. i. vasorum emblematis insignas
torii. Possidens arcem. s. imperij. Illu
mus scribitur. i. cuius imago imprimi
tur. z. titulus circumscribitur. Iuuenalis
scripto radat germanicus auro. Locu
pletis numinis. i. dei mei qui locuples e
Christi. subaudi arca. Paululum in
ductiarum. i. in certā diem dilationē. quasi
gesturus postea bellum cum prefecto in
ducias vocat. Digestim digerendo num
morum genera. Spem deuorat. i. con
cipit. plautus in asinaria. mea dicta deuo
rate. i. aude accipite. et Martialis deuo
rat draucos. Laudatus. s. a prefecto
quod tam benigne sit pollicitus illos the
sauros. Sponsor sui. et sponsor lucri. s.
quod redditurus ipse cum omni suppel
lectile Ecclesiastica. Agmina infirma. s.
pauperum valitudinariorum. Canatos
vtrisque obrutibus. i. vacuos vtrisque oculis
hoc est cecos quos ipse ducebat. Mutan
tem gradum. i. passum vacillātem. Clay
dus. tria clauditis genera exponit. aut
fracto. aut amputato aut breuiori crure.

Prudentij.

Argenteorum aenigmatum
Augustus arcem possidens:
Cui nūmus omnis scribitur.
Sed nec recuso prodere
Locupletis arcem numinis.
Vulgabo cuncta: et proferam
Præciosa quæ Christi tenet.
Unum sed orans flagito
Induciarum paululum:
Quo fungar efficacius
Promissionis munere.
Dum tota digestim mihi
Christi suppellex scribitur.
Nam calculanda primitus:
Tū subnotanda est summula.
Letus tumescit gaudio
Præfectus: ac spem deuorat:
Turum velut iam conditum
Domi maneret gestiens.
Pepigere tempus tridui.
Laudatus inde absoluitur
Laurentius sponsor sui
Et sponsor ingentis lucri.
Tribus per urbem cursitat
Diebus infirma agmina:
Omnesque qui poscunt stipem
Logēs in vnum et congregās.
Illic vtrisque obrutibus
Orbes cauatos præferens
Baculo regebat præuio
Errore nutantem gradum.
Et claudus infracto genu
Uel crure trunco semipes
Breuiorve planta ex altera

Peristephanon.

Bressum traherat imparem.
Est vulnerosis artubus.
Qui tæbe corrupta fluat.
Est cuius arens dextera
Nervos in vlnam contrahat.
Tales plateis omnibus
Exquirat assuetos ali
Ecclesie matris penur:
Quos ipse primus nouerat.
Recenset exim singulos
Scribens viritim nomina.
Longo et locatos ordine
Ad stare pro templo iubet.
Præscriptus et iam fluxerat
Dies. furebat feruidus
Iudex auaro spiritu
Promissa solui efflagitans.
Tum martyr assistas velim:
Coramque dispositas opes
Adirere: quas noster deus
Prædiues in sanctis habet.
Videbis ingens atrium
Fulgere vasis aureis:
Et per patentis porticus
Structos talentis ordines.
It ille: nec pudet sequi.
Ventum ad sacratam ianuā.
Stabat cateruæ pauperum
Inculta visu examina.
Fragor rogantum tollitur.
Præfectus horrescit stupēs
Conuersus in Laurentium
Oculisque turbatis minax.
Contra ille. quid fremdens ait

Tæbe corrupta. i. pure ex vlcere defluēt.

In vlnam contrahat. i. in brachiorum.
ambitum incuruet.

Penur. i. alimentis que in penario solēt
adseruari. vt in digestis titulo de penur le
gata. Recenset. i. recognoscit.

Viritim per singulos viros.

Prædiues in sanctis. ambigue loquitur
vt prefectus putaret in sacrarijs. ille au
tem intelligebat in pauperibus.

Structos talentis ordines. i. talenta ordi
nibus distributa.

Ad sacratam ianuam. ad templum.

Fragor rogantum. i. clamor mendican
tium.



Prudentij.

Sordida aut villa. q. d. hęc vasa precios
fa sunt. Rudera effossa. nam vena auri
et argenti eruderatur a metallarijs. eru
derare a sit est purgare et rudera ipsa pur
gamenta que ex scrobibus effodiuntur.

Ex metallis. que vulgus appellat mine
ralia. Poenalis labor. corum. s. qui dā
nabantur in metalla effodienda. Am
nis turbidus. puta in lydia hermus et pa
ctelus in hispania tagus et minius. Ju
uenalis. omnis arena tagi quodq; in ma
re voluitur aurū. Terrulentū. cum est
in balnea nā postea igni purgatur. Pu
dor p aurum. Quidius pri. meta. effodi
untur opes irritamenta malozū. et Serg.
ij. ch. quid nō mortalia pectora cogis au
ri sacra fames. Intercidunt. qz omnia
corumpuntur auro. Venenum glorie. i
aurū: quo vera gloria perit. aut more lo
quitur christianorum qui gloriam appel
lant sanctorū beatitudinem. Lux et hu
manum genus. i. christus qui est lux mū
di. Job. ca. viij. homines ab eo redempti
vnde subdit. Hi sunt alumni luminis de
quo lumine Joannes perhibuit testimo
nium. Jo. pri. Corpus debile. iuxta illū
apostoli. ij. Cor. xij. cum infirmor fortior
sum. Mentis vicissim. ordo et sensus est
Etissim. i. rursus et eduerso. His sen
suum mentis sauciatur fortibus subaudi
membis. Sanguis in culpam cadens
i. incitans ad culpam cum calidus est.

Si est effoetus. idest debilitatus et ex
haustus. Malis. i. morbis. Contrahat
virus elumbe. i. quod enervat et debilitat
Minus ministrat virtum. idest non ha
bet tantas vires ad peccandum. Detur
optio. i. electio. Fragmenta. i. fracturam.

Adnitariis? aut qd displicet?
Nū sordida hęc aut vilia?
Nūm despuēda existimas?
Aurum quod ardentem sitis?
Effossa gignunt rudera.
Et de metallis squalidis
Poenalis excudit labor.
Torrens vel amnis turbidis
Voluens arenis implicat:
Quod terrulentum ac sordidū
Flāmis necesse est decoqui.
Pudor per aurum soluitur.
Violatur auro integritas.
Pax occidit. fides perit.
Leges et ipsa intercidunt.
Quid tu venenum glorie
Extollis et magni putas?
Si quæris aurum verius.
Lux est et humanū genus.
Hi sunt alumni luminis:
Quos corpus arctat debile:
Ne per salutem viscerum
Mens insolescat turgida.
Cum mēbra morbus dissecat:
Animus viget robustior.
Mentis vicissim fortibus
Vis sauciatur sensuum.
Nam sanguis in culpam calens
Minus ministrat virium:
Si feruor effoetus malis
Elumbe virus contrahat.
Si forte detur optio:
Malim dolore asperrimo
Fragmenta membrorū pati:

Peristephanon.

Et pulcher intus viuere.
Committite formas pestium:
Et confer alternas lues:
Larnis ne morbus foedior:
In mentis et morum vlcera:
Mostri per artus debiles
Intus decoris integri
Sensum venusti innocium
Laboris expertes gerunt.
Vestros valentes corpore
Interna corrumpit lepra.
Errorq; manū claudicat:
Et cæca fraus nihil videt.
Quemuis tuorum principum
Qui veste et ore prænitent:
Magis probabo debilem:
Quam quis meorum pauper.
Hunc qui superbit serico:
Quem currus inflatū vehit:
Hydrops aquosus lucido
Tendit veneno intrinsecus.
Est hic auarus contrahit
Manus recuruas: et volam
Plicans adūcis vnguibus
Laxare nervos non valet.
Istum libido foetida
Per scorta tractum publica
Luto et cloacis inquinat:
Dum spurca medicat supra.
Quid ille feruens ambitu
Sitinq; honoris æstuans
Meris ne anhelat febribus.
Atq; igne venarum furit?
Quisquis tacendi intēperans

Intus. i. in parte anime. **Committite.**
idest compara. **Lues** alternas. idest al
ternatim subeuntes. **Mostri.** subaudi
pauperes. **Debiles** per artus. truncatis
membis debilitati. **Intus.** i. in anima.
Expertes laboris. i. morbi et doloris.

Venusti gerunt. sensum integre. **Deco**
ris. idest habent mentem integram et de
coram. **Vestros** gentiles infideles. **Le**
pra interna. i. animi pestis. **Claudicat**
manū. i. ad modum mancorum et trū
catorum. et est aduerbitum. sicut intonat
horrendum. et ridet sardonium. **Pro**
babo magis debilem. subaudi esse. **Hy**
drops aquosus. i. aqua intercus. **Ten**
dit. i. extendit et inflat. **Veneno** lucido.
sic **Horatius** dixit turgescit vitrea bilis. et
perius et splendida bilis. **Mendicat**
supra. idest interpellando pueros et pu
ellas et huiusmodi proceres a precando et
petulantes a petendo dicuntur. **Sitim**
honoris æstuans. i. quodam feruore pe
tens honores. et comparatur ambitiosus
febrienti. i. luxuriosus spurco. auarus mā
co. superbus hydroptico. maledicus quo
q; comparatur hepatico vel potius sple
netico. de quo dixit perius sed sum petu
lanti spleneccachymo.



Prudentis.
Prodere silenda. vt ad risus moueat
auditores. Purit & scalpit & scabies.
ad eos pertinet qui non possunt animi se
cretum retinere. sed dicacitate quadam
laborant. sicut qui habet scabiem non po-
test vngues continere. Strumas turgi-
das. strumosos cōparat inuidis. est au-
tem struma vt inquit celsus tumor glan-
dulofus. maxime circa fauces & alas & in
guina. Morbo regio. idest iterico. qui
aurigo bicitur ab auri colore. dicitur res-
gillus q̄ huiusmodi morbo laborātes ve-
licate debeant & regum more curari.

Sicut videntur interim. idest nunc in
hac vita. Si suppetat facultas. idest si
detur tibi ad hoc copia. Recensendos.
idest recognoscēdos. Obsitos pannis.
Terentius. pannis et annis obsitus. i.
pannosos qui nunc sunt purpurati.
Palpebra putri. qualis est in vinosis.
Cicatrix cruda. idest nō consolidata sed
purulenta & pure manans.

Prudentis.
Silenda purit proderet:
Uexatur & scalpit iecur.
Scabiemq; cordis sustinet.
Quid inuidorum pectorum
Strumas retexam turgidas?
Quid purulenta & liuida
Malignitatum vulnera?
Tute ipse qui Romā regis
Contemptor æterni dei:
Dum dæmonū sordes colis:
Morbo laboras regio.
Hi quos superbus despicias:
Quos execrandos iudicas:
Breui vlcerosos eruent
Artus. & incolumes erunt.
Cum carne corruptissima
Tandem soluti ac liberi
Pulcherrimo vitæ statu
In arce lucebunt patris.
Non sordidati aut debiles:
Sicut videntur interim:
Sed purpurantibus stolis
Clari: & coronis aureis.
Tunc si facultas suppetat
Coram tuis obtutibus:
Istos potentes seculi
Velim recensendos dari.
Pannis videres obsitos
Et muculentis naribus.
Adentum saluis vuidum.
Lipposq; palpebra putri.
Peccante nihil est tetrius:
Nil tam leprosus: aut putridū.
Cruda est cicatrix criminum:

Peristephanon.
Oletq; vt antrum tartari.
Animabus inuersa vice
Corrupta forma infligitur:
Quas pulcher aspectus prius
In corpore oblectauerat.
En ergo nummos aureos.
Quos proxime sponponderam.
Quos nec fauillis obruat
Ruina. nec fur subtrahat.
Nunc addo gemmas nobiles.
Ne pauperem Christū putes.
Gemmas coruscæ numinis:
Ornatur hoc templū quibus.
Lernis sacratas virgines:
Adiraris intactas anus?
Pumiq; post damnum tori
Ignis secundi nescias?
Hoc est monile ecclesiæ.
His illa gemmis comitur.
Dotata sic Christo placet.
Sic ornat altum verticem.
Eccum talenta suscipe:
Ornabis urbem Romulam.
Ditabis & rem principis.
Fies & ipse ditior.
Ridemur: exclamat furens
Præfectus: & miris modis
Per tot figuras ludimur:
Et viuunt insanum caput:
Impune tantas furcifer
Strophas cauillo mimico
Te nexuisse existimas:
Dum scurra saltas fabulam:
Concinnavisa vrbantitas

Antrum tartari. idest sulphur olet.
Versa vice. idest e contrario qz vt inquit
Aristoteles li. iij. c. h. p. g. medicam que
dam sunt que per contraria fieri debent.
vt qui dum viuerent erant ornatus sin-
diose in morte sint deformati. contrarium
ei quod Vergilius. vi. c. h. scribit: quisq;
suos patitur manes. Ruina obruat.
ad illud specta quod saluator dicit Lu.
cap. xij. chesaurizate vobis thesauros.

Gemmas nobiles. virgines dicit eccon-
tinentes. Intactas anus. post primas
nuptias. alias intacta est virgo. Vergili-
p. i. c. h. cui pater intactaz dederat primiti-
q; iugarat omnibus. Ignis secundi. id
est secundarum nuptiarum. Verticem
idest caput. hæc est illa noua Jerusalem
descendens de coelo quasi sponsa ornata
viro suo. de qua in Epoca. cap. xxi. Rem
principis. i. patrimonij. Mora. rem quo-
cumq; modo rem si possis recte. Et viuunt
q. d. et non occiduntur. Furcifer. ignomi-
niæ causa sic appellabantur serui. Stro-
phas. i. tergiversationes. vtitur Martia-
lis sæpeter nostris Hieronimus. Ca-
uillo mimico. i. cauillatione quali vtunt
poete comici et mimographi. Saltas fa-
bulā nā erant poemata que saltabant. vt
sillenus vergilianus. quem ipse vergili-
saltasse dicitur. Lætima visa. i. adeo ne-
uisus tibi sum idoneus vt mihi illuderes.



Prudentij

Acroama sine acroma. interpretatur au-
ditio ab acrome and. o. nepos in vita atti
et nemo in conuitio eius aliud acroma
auduit Suetonius in augusto acroma
ta et histriones et truales ex circo ludos
sunt ergo acromata fabule que ad dele-
ctatione narrari solent. Ideo. sensus e
adeo ne nos censores debemus esse facti-
les: vt hęc et talia patiamur. Fascibus. i.
consulib' et pretoribus quorum insignia
sunt fasces. Securit. que fascibus vtr-
garum adiungebatur. Retundit lent-
tas. i. clementia hebetat vt non faciat in
huiusmodi delinsores. Libenter oppes-
tam. idest moriar. Mors votiu. i. que a
vobis optatur. Volenti. s. tibi optati mor-
tem. Compendiosus. i. breuis. Bapti-
velociter sed dabo vt lente per eas Inex-
tricabilis. i. qui no extricabit resoluet ani-
mam a corpore. nam extricare est explica-
re et dissoluere. Tepentes. ne. s. vapore
ignis straguletur. Abdita cordis. r sic
pereat. Senescens. i. prope modum ex-
tinctus. Temperet tormeta. i. non acuat
Semustulatus. i. semulsi. Vulcanus in
viii. semulsa rapit resolutaq; nondū. My-
steriarches .i. misteriorum et sacrorum
princeps. sicut miltarches sacerdotum.
Exemplum dabit. s. caeteris eiusdem se-
cis.

legere peni

Tractare nosmet ludicris.
Egon cachinnis venditus
Acroma festiuum fui?
Adeo ne nulla austeritas:
Censura nulla est fascibus.
Adeon securim publicam
Mollis retundit lenitas?
Dicis libenter oppetam.
Votiu mors est martyri.
Est ista vobis nouimus
Persuasionis vanitas.
Sed non volenti impertiam
Præstetur vt mortis citæ
Compendiosus exitus.
Perire raptim non dabo.
Vitam tenebo: r differam
Ponis morarum iugibus.
Et mors inextricabilis
Longos dolores protrahet.
Punas tepentes sternite:
Ne feruor ignitus nimis
Os consumacis occupet:
Et cordis intret abdita.
Uapor senescens langueat:
Qui fufus afflatu leui
Tormenta sensim temperet
Semustulati corporis.
Bene est quod ipse ex omnibus
Mysteriarches incidit.
Hic solus exemplum dabit:
Quid mori timere debeant.
Conscende constratum roguum:
Decumbe digno lectulo.
Tunc si libebit disputa:

legere debeat

Peristephanon.

Nil esse Vulcanum meum.
Hec fante præfecto. truces
Hinc inde tortores parant
Mudare amictu martyrem.
Circumire membra. et tendere.
Illios decore splenduit:
Fulgorq; circumfusus est.
Talem reuertens legifer
De monte vultum detulit:
Iudæa quem plebes aureo
Boue inquinata r decolor
Expauit: r faciem retro
Detorsit impatiens dei.
Talemq; r ille prætulit
Oris corusci gloriæ
Stephanus per umbrem sareu
Coelos apertos intuens.
Illuminatum hoc eminus
Recens patris fratribus.
Baptisma quos nuper datum
Christi capaces fecerat.
At impiorum cæcitas
Os oblitum noctis situ
Migrante sub velamine
Obducta clarum non videt.
Ægyptiæ plagæ in modum:
Quæ cum tenebris barbaros
Damnaret hæbreis diem:
Sudo exhibebat lumine.
Quin ipsa odoris qualitas.
Adusta quam reddit cutis:
Diuersa vtrosq; permouet
His nidor. illis nectar est.
Idemq; sensus dispari

Vulcanum meum. i. quem ego dico esse
meum numen et quoniam tu irrides. Et ten-
dere. i. discendere fumibus. Legifer. i. mo-
ses cum secundo legem ex monte detulit
vt legitur Exo. xxxiiij. Aureo boue. vultu
lo quem sibi conuenerat vt est in Exodo.
cap. xxxij. Decolor degenerans. Expa-
uit. videntes inquit aaron et filij israel
coinutam moysi faciem timuerunt pro-
pe accedere. Ille stephanus. protomar-
tyr de quo Acti. cap. vi. viderunt faciē
eius tanq; faciem angeli. et cap. viij. cum
autem stephanus esset pler' spiritu san-
cto intendens in celum vidit gloriæ dei
et. per umbrem sareu. i. cum lapidaret
Illuminatum hoc eminus. forte aliter
legendum est. est tamen sensus quod ba-
ptizati cernebant stephanum habentes
faciem angeli. aut legendum quod bapti-
zati a laurentio illuminati cernebant il-
lum fulgore circumfusum eminus. i. a lō-
ge. Recens patris. per baptisma. in ini-
tio nascentis ecclie cum per baptisma
siebam spiritus sancti capaces. Cæci-
tas impiorum. qui torquebant Laurenti-
um. Oblitum. i. obcurati. noctis situ. i.
quasi umbra et tenebris: in quibus est re-
rū situs. i. squalor. Obducta operta. sub
nigro velamine. i. sub umbra. Ægyptiæ
plagæ. de qua in Exodo. cap. x. tribus die-
bus in tenebris nemo vidit fratrem suum
vbiq; habitabat filij israel lux erat. sic
in Laurentij martyrio baptizati fideles
videbant illum fulgentē. tortores aut nihil
tale videbāt q; quasi nube obducti. Bar-
baros ægyptios vt i psalmo in certu israel
de egypto dom' iacob de populo barbaro
Sudo lumine. i. sereno Cerg. viij. est. p
sudu rutilare videt dictu sudu. i. sine huius-
modo. Qualitas diuersa odoris. quia
a christianis indicatur nectar odoratum
a tortoribus nidor qui ex concoctis cibis
evaporat. Idem sensus. s. o. foratus.

I iij



Peristephanon.

Aura varia, quia in aere fundatur odor.
Horrore vindice. i. vltic. in tortores, aut
oblectamine in christianos. Christus
ignis, de quo Malachie cap. iij. ipse entz
quasi ignis conflans, et sedebit cōflans
et emundans argentum et purgabit fili-
os leui. Complet lumine et vrit, qui tamē
sunt contrarij effectus ex eadem causa p-
fecti. Catasta, vt supra ex tormento fac
periculum. i. experire. Crudum ceu as-
sum, quod vtrumq; erat in laurētio. Lu-
dibundus, idest per ludum iocumq; hęc
dicebat. Urbem romulam, a romulo cō-
ditam, Horatius in carmine seculari. ro-
mule genti dare rem prolemq;. Numen
vnicū, quia pater et filius et spiritus san-
ctus vnus deus sunt. Splendor et vrit-
tus patris, hebreorum cap. primo, qui cū
sit splendor glorie et figura substantię ei-
et in hymno splendor paternę glorie. Vir-
tus patris, i. fortitudo, vnde Esaias cap.
liij. et brachium domini cui reuelatum
est. Autor horum moentum, quorum ro-
mulus dicitur esse conditor, quia ideo fe-
cisti vt roma esset caput orbis vt omnes
gentes obedirent vnus legibus, nam qđ
vergillij primo cū. scribit, his ego nec me-
tas rerum nec tempora pono ad imperi-
um ecclesię potij qđ ad seculare pertinet.
Quirinali toge, quia romulus post con-
secrationem quę finis est cognominatus
et romana gens togata a vergillio dicitur.
vt romanos rerum dominos gentem
qđ togatam. Obscrnantum, i. religione
Ingenia, quę apud diuersas nationes va-
ria sunt et ad diuersa studia inclinata.

Claratur aura: aut adficit
Horrore nares vindice:
Aut mulcet oblectamine.
Sic ignis æternus deus
(Nā christi ignis verus ē)
Is ipse complet lumine
Iustos, et vrit noxios.
Postquam vapor diutinus
Decorit exustum latus:
Ultro e catasta iudicem
Compellat affatu breui.
Conuerte partem corporis
Satis crematam iugiter:
Et fac periculum: quid tuus
Vulcanus ardens egerit.
Præfectus inuerti iubet.
Tūc ille, coctū est, de uora.
Et experimentum cape:
Sit crudū an assum suauij?
Hęc ludibundus dixerat.
Coelum deinde suspicit,
Et congemiscēs obsecrat
Adseratus urbē romulā.
O Christe numen vnicum,
O splendor, o virtus patris,
O factor orbis et poli
Atq; author horū moenium.
Qui sceptrā romæ i vertice
Rerum locasti sanciens
Mundum quirinali toge
Seruire et armis cedere:
Ut discrepantum gentium
Mores et obseruantiam
Linguasq; et ingenia et sacra

Peristephanon.

Unis domares legibus.
En omne sub regnum remi
Mortale concessit genus.
Idem loquuntur dissoni
Ritus: ad ipsum sentiunt.
Hoc destinatum quo magis
Ius Christiani nominis
Quodcūq; terrarum iacet:
Vno illigaret vinculo.
Da Christe Romanis tuis:
Sit Christiani vt ciuitas:
Per quā dedisti: vt cæteris
Mens vna sacrorum foret.
Confoederantur omnia
Hic ide mēbra in symbolū.
Mansuescit orbis subditus:
Mansuescat et sumū caput.
Aduertat abiunctas plagas
Loire in vnam gratiam.
Fiat fidelis Romulus:
Et ipse iam credat Numā.
Confundit error troicus
Adhuc catonum curiam
Veneratus occultis focus
Phrygum penates exules.
Janum bifrontem: et sterculū
Colit senatus, horreo
Tot mōstra patrū dicere:
Et festa Saturni senis.
Absterge xpe hoc dedecus.
Emitte Gabriel tuum:
Agnoscat vt verum deū
Errans Iuli cæcitas.

Regnum remi, pro romulo, nā et ille pars
nceps regni fuit. Dissoni ritus, i. diuer-
si mores, et homines diuerforum studio-
rum. Idem loquuntur et sentiunt, quia
idem credunt et consistuntur, i. fidem chri-
stianam, vel potius ad linguam latinam
referendum et ad leges romanorū. Hoc
destinatum, a deo: vt quemadmodū om-
nes tenentur vno imperio teneantur etiā
vna religione. Mens vna sacrorum, qđ
cum imperio propagata est religio christi-
ana. In symbolū, i. in consensum
nam symbolum est in quo plura conueni-
unt. Mansuescit orbis, non totus sed ec-
clesia orientalis et gręca vnde incoepit re-
ligio nostra. Caput, roma, vergilius qđ
alias inter caput cętulit vrbes. Aduer-
tat, roma videat. Abiunctas plagas, i.
disiunctas regiones. In vnam gratiam,
idest amorem religionis conuenire. Ro-
mulus et numā, per quos intelligit roma-
norum principes. Error troicus, idest
romani qui a troianis acceperunt religio-
nem hoc est vestam et penates et palladi-
um. Curiam catonum, i. nobilitum ro-
manorum quales fuerunt catones. De-
cultis focus, ignem vestalem qui in abdi-
tis seruabatur, vergilius, ij. cnc. æternum
qđ adytis effert penetralibus ignem. Pe-
nates cules, vergilius victosq; penates.
Janum bifrontem. Quisq; primo sa-
storum Janus bifrons anui tacite labē-
tis origo solus de superis qui tria terga
vides. Sterculum, Macrobius in pri-
mo satur. cyrenenses mellis et fructuum
reperitorem saturnum exillimant hęc ro-
mani sterculum vocant. Gabriel, recte
non est ausus declinare sub hac termina-
tione. Cęcitas iuli, idest eorum qui ab
ascario iulo eneg filio descendunt a quo
iulius cęsar ducebat originem. Vergilius
Iulius a magno demissus nomen iulo.



Prudentis.

Vocatur gentium. s. paulus qui p̄cepte
ris predicator gentium dicitur. Reclis
dit. i. apperit. Eternitatis. idest coelo-
rum et vite aeternae. Stupro sororis. In
nomis que iouis dicitur et soror et cōiunr.

Exturbat. eijcit. Quidius. xv. meta. Ex
turbare animas posuit pro eijcere. Sa-
tum. heronis. qui petrum et paulū mar-
tyrio coronavit. Quod tu armaueras.
idest molitus eras quod cessit in perniciē
tuam. Futurum principem. constanti-
num intelligit cuius edicto vt inquit hie
ronymus gentilium tēpla subuersa sūt.

Obdens pessulos. i. ianuarum repagu-
la. Marmora templorum. s. Idola. i.
sanctorum imagines. quia idola deorum
noxia erant. Vincula carnalia. quibus
anima in corpore tenetur. Erupit. pro
rupit pro simplici compositum.

Et iam tenemus obsides
Fidissimos huius spei.
Hic nempe iam regnant duo
Apostolorum principes.

Alter vocator gentium.
Alter cathedram possidens
Primam recludit creditas
Eternitatis ianuas.

Discede adulter Juppiter
Stupro sororis oblite.

Relinque romam liberam:
Plebemq; iā Christi fuge.

Te paulus hinc exterminat.
Te sanguis exturbat Petri.
Tibi id quod ipse armaueras:
Factum Heronis officit.

Video futurum principē
Quandoque: qui seruos dei
Tetris sacrorum sordibus
Seruire romam non sinat.

Qui templa claudat vectibus:
Valuas eburnas obstruat.
Ne fasta damnet limina
Obdens abenos pessulos.

Tūc pura ab omni sanguine
Tandem nitebunt marmora.
Stabunt ⁊ vere innocua.
Quae nunc habentur idola.

Hic finis orandi fuit
Et finis idem vincula
Carnalia erupit. volens
Vocem secutus spiritus.
Texere coipus subditis

Peristephanon.

Cervicibus quidā patres:
Quos mira libertas viri
Ambire Christum suaserat.
Repens medullas indoles
Afflarat: ⁊ coegerat
Amore sublimis dei
Odise nugas pristinas.

Refrixit ex illo die
Cultus deorum turpium.
Plebs in sacellis rarioz.
Christi ad tribunal currit.

Sic dimicans Laurentius
Non ense praecinxit latus:
Hostile sed ferrum retro
Torquens in authorem tulit.

Dum daemon inuictum dei
Testem laceffit praelio:
Perfossus ipse concidit:
Et stratus aeternum iacet.

Mors illa sancti martyris.
Mors vera templorum fuit.
Tunc vesta pallados lares
Impune sensit desereri.

Quicquid quirinum suenerat
Ornare res vanas Numæ:
Christi frequentans atria
Hymnis resultat martyrem.

Ipsa et senatus lumina
Quodā luperci aut flamines
Apostolorum et martyrum
Exosculantur limina.

Videmus illustres domos
Seru ex utroq; nobiles
Offerre votis pignora

Libertas viri. idest laurentij. nā patres
illi cum vidissent martyrem tanta libera-
te apud vrbis praefectum fuisse vsum co-
perunt et ipsi christum quere. Indoles.
probitans illa martyrie. Repens
medullas. illorum patrum inflammat.

Nugas pristinas. idest vanitates genti-
licas. In sacellis. deorum gentilium.

Rarioz. cum antea esset frequentioz.

Curritur. pleriq; omnes currunt. Re-
tro torquens. pro retorquens. nam mox
ens hostem superavit. sic enim in dies cre-
scebat ecclesia. Stratus aeternum. ae-
ternaliter nomen pro aduerbio. Gergr-
lius secto gnois. sedet aeternumq; sede-
bit. Vesta. idest ignis vestalis. Quidi-
nec aliud vestam quam vitam intellige
flamnam. Lares pallados. i. temploz
vbi erat palladium. Impune. quia si neg-
ligentia virginum vestalium ignis exting-
gueretur. capitale erat illis. sed tunc im-
pune ille ignis extinctus est. Res van-
nas numq;. qui religionem romanis tras-
didit et sacra. Resultat martyrem. i. res-
ultando concidit. Luperci. sacerdotis
panos dei pastor. Et flamines sacerdo-
tes collegiorum. Lumina senatus. i. ex
senatoribus illustrissimi. Ex utroq; se-
ru. ex patre et matre fulgentes sanguine.

Pignora clarissimorum liberum. pro li-
berorum. idest ipsos liberos. qui sunt p-
gnora parentibus.



Pontifer vittatus: qui fuit apud gentiles in summa veneratione. Claudia vestalis. per quam intelligit quemlibet virginem sacerdotem et collegio veste. hęc est illa claudia que cum accusaretur pollute castitatis purgans innocentiam suam angulo traxit nauē que neq; velo neq; remis promoueri poterat. Tercos quateros et septies. ex Vergilio pri. epi. o tercos quateros beati. sed septies conflatur ex ternario et quaternario. qui numerus ex certa quadam ratione perfectus est. Leo laurenti. Lominus. id est prope et in eadez vrbē. Aduolui propter. i. prope. Vergi. in buc. propter aque riuū viridi procumbit in vltia. Mos vasco iberus. sensus est ille dicitur foelix cui licet romę visitare cineres beati laurentii. sed nos hispanos. Iberus vasco. i. fluitus qui vascones abluit. Diuidit. i. separat nos. non q; iberus appellatur vasco cum praeterfuit caesaraugustam urbem: sed quod ortus in vasconibus fuit per illos et deinde per celtiberos. Binis alpiibus. quod ipse declarat trans alpes cotianas et trans pyreneum dicte sunt autem coctie alpes a coctio galloꝝ rege qui cum augusto amicitia fecit coctianę dicuntur a cornelio ta cito. Ninguidos. i. ninosos. nā ninguis pro nix dicebant antiqui. et inde ninguidos. a. u. m. Sidon. iam nungos ninguidos menses. Ex fama. i. nescitur Urbanum solum. i. vrbis que per excellentiam sic dicitur. Coelum intuemur. vbi est certior sedes martyꝝ. Sic. i. intuentes coelum. Allectus vbi Ierusalem coelestis. de qua in Apocalipsi. ca. xxi. Inenarrabilis. i. cuius opulencia narrari non potest. Coronam ciuitatis. que dabatur illi qui ciuem in prelio seruasset.

Prudentis.

Clarissimorum liberum.
Cittatus olim pontifer
Adsicitur in signum crucis:
Ademq; Laurenti tuam
Clestalis intrat claudia.
Oter quateros et septies.
Beatus vrbis incola
Qui te actiuorum comminus.
Sedem celebrat ossium.
Cui propter aduolui licet:
Qui fletibus spargit locum.
Qui pectus in terram premit.
Qui vota fundit murmure.
Mos vasco iberus diuidit
Binis remotos alpiibus
Trans cotianorum iuga.
Tras et pirenas ninguidos.
Ex fama nota est: abditis
Quam plena sanctis Roma sit:
Quam diues vrbis solum
Sacris sepulcris floreat.
Sed qui caremus his bonis:
Nec sanguinis vestigia
Videre coram possumus.
Coelum intuemur eminus.
Sic sancte Laurenti tuam
Mos passionem querimus.
Est aula nam duplex tibi.
Hic corporis. mentis polo.
Illic inenarrabili
Allectus vbi municeps
Aeternę in arce curiæ
Bestas coronam ciuitatis.
Video: videre illustribus

Peristephanon

Bemnis coruscātem viri:
Quem Roma coelestis sibi
Legit perennem consulem
Quę sit potestas creditur:
Et muneris quantum datus:
Probant quiritum gaudia:
Quibus rogatus annuis.
Quod quisq; supplex postulat:
Fert impetratum prospere.
Posunt. litantur. indicant.
Et tristis haud vllus redit.
Leu presto semper assies.
Tuosq; alūnos vrbicos
Lactante complexus sinu
Paterno amore nutrias.
Mos inter o Christi decus
Audi poetam rusticum
Lordis fatentem criminat:
Et facta prodentem sua.
Indignus agnosco et scio.
Quem Christus ipse exaudiat
Sed per patronos martyres
Potest medelam consequi.
Audi benignus supplicem
Christi reum Prudentium:
Et seruientem corpori
Ablue vinclis seculi.

Finis.

sed quia laurentius multos hoc modo reduxit ad christum merito donatur corōna ciuitatis. Roma coelestis. sicut hierusalem coelestis. Quę sit potestas. quod in vita aliorum martyꝝ facit et in hac facit vt enarret huius martyꝝ quę ad modum et aliorum potestatem. Saudia quiritum. consequentium petita.

Litantur. pro litant hoc est impetrant quod poscunt. Assies. antiquum pro adis. Alūnos vrbicos. id est tuos ciues. Lactante sinu. more matrum que filios lactant. Quę exaudiat. quia peccatores deus non exaudit. Johan. cap. ix. Medelam. id est peccatorum venia.

Beum christi. id est quem christus postest accusare peccatorem. Lce. pro milone. reus milonis lege plotia fuit clodius.

Seruientem corpori. dum est in hoc saeculo.



Prudentij

Ermine nobilis eulalie. carmen est q̄le illud o crucifer bone. prin cipio cōmēdat illā a nobilitate patrie. deinde a nobilitate generis. 7 qd̄ ab in eunte state dedit speciēnen future religiois. deinde profequitur ordine beate martyris passionē. tum demū profeq̄tur miracula que in morte illius visa sunt et celebritatē omnīū ad eius tumulum. Indole mortis. i. virtute id quod precedit pro eo qd̄ sequitur. nam indoles virtutē precedit. Luitus ab vberē. i. fertilitate. Vergilius p̄mo ḡl. potens armis atq̄ vberē glebe. Deciduo. i. occidenti soli. nā emerita non multū distat a sacro promōtorio q̄ est totus europe locus maxie omnīū occidentalis. Curriculis tribus. atq̄ no tuem. i. solis duodecim reuolutionib⁹ hoc est duodeci annis. Attigerat quater hyemea. i. duodecim annos accipiēdo partem annorum pro toto anno. Pyra crepitante. i. lignorum strue incensa. crepitat autē ignis cū ligna cōburuntur quod aiunt vt inquit aristoteles vestiam ridere. et notat quo mortis genere passa est martyris. Aspera. in seipsam talia ppetrando. Dulce sibi. i. rē dulce. Verg. dulce fatis hūmor. Indiciū. indolē vt supra dixit. Sed solis patris. Ad regnū coeleste. in quo deis sedes est. Dicata toro. subaudi fore. i. dederat indicium se nascimī nuptuz tre. Crepidia. dixim⁹ fuisse crepidacula q̄ pusionibus 7 puellis dātur ad cohibendos fletus. 7 in quibus ludunt. Pusiola. i. puellula. nā pusio paruus est puer. Succina. q̄ ḡrcebit cunctur electra. vulgo ambar gūmi arborum notissimū. Flere rosas. i. cum fletu abiscere cum alle soleant flere vt dentur. Fulua monilia. i. aurea a colore. moribus teneris turta illud Sap. ii. cam hoīs sapiētia illius. Furcata lues. i. psecutio in ch̄istianos. Cruēta. i. cruozē minitās nisi sacrificēt tura et te

Ode in laudē Eulalie martyris.



Ermine nobilis Eulalia
Mortis 7 indole nobilior
Emeritam sacra virgo suā:

Luitus ab vberē p̄genita est.

Ossibus ornat. amore colit.

Proximus occiduo locus est:

Qui tulit hoc decus egregium:

Urbe potens. populis locuples:

Sed mage sanguine martyrij

Virgineoq̄ potens titulo.

Curriculis tribus atque nouem

Tris hyemes quater attigerat:

Lum crepitante pyra trepidos

Terruit aspera carnifices

Supplicium sibi dulce rata.

Jam dederat prius indicium

Tendere se patris ad solium:

Rec sua membra dicata toro

Ipsa crepundia repulerat

Ludere nescia pusiola.

Spernere succina. flere rosas.

Fulua monilia respuere.

Ore seuera. modesta gradu.

Morbibus 7 nimium teneris

Lanicem meditata senum.

Est vbi se furcata lues

Excitat in famulos domini:

Chusticolasq̄ cruenta iubet

Peristephanon.

Tura cremare: iecur pecudis

Mortiferis adolere deis:

Infremuit sacer Eulalie

Spiritus: ingenio que feror

Turbida frangere bella parat:

Et rude pectus anabela deo

Foemina. prouocat arma virum.

Sed pia cura parentis agit:

Virgo animosa domi vt lateat

Abdita rure et ab vrbe procul:

Ne fera sanguinis in precium

Mortis amore puella ruat.

Illa perosa quietis opem

DeGeneri tolerare mora

Nocte fores sine teste mouet:

Septaq̄ claustra fugax aperit:

Inde per inuia carpit iter.

Ingreditur pedibus laceris.

Per loca senta situ 7 vepribus

Angelico comitata choro.

Et licet horrida nox sileat:

Lucis habet tamen illa ducē.

Sic habuit generosa patrum

Turba columni ferunt radiū:

Scindere qui tenebrosa potens

Nocte viam face perspicua

Præstitit intereunte chao.

Non aliter pia virgo viam

Nocte secuta diem meruit:

Rec tenebris adoperta fuit:

Regna canopica cum fugeret.

Et super astra pararet iter:

Illa gradu cita peruigili

Millia multa prius peragit:

cora deis. Parat frangere. ordo est. et rude pectus et feror ingenio parat frangere. i. superare. Bella turbida. id est perturbationē alijs afferentia. i. parabat se martyrio patiendo: s; hoc volebant parentes prohibere occultando illam in agro. Fera puella. effera tam amore martyrij. Prouocat arma virum. pro virozum. i. instrumenta q̄ feriant in ipsam. Quietis. i. pacis et tranquillitatis. Mora degeneri. q̄ videbatur sibi degenerare si non rueret in martyrium. Septa claustra. i. domus sepimenta quibus erat clausa Ingreditur. vadit. per loca senta situ. i. loca spinosa et inculta. Vergilij est in ferto ḡl. Sileat. i. sit noctis silentiū. Vergilius per amica silentia noctis. Sic habuit. ex exodo cap. xij. domin⁹ inquit precedebat filios israel ad ostēdendā viā p̄ diē i columna nubis. et p̄ noctem in columna ignis. Patrum id est filioz israel. Intereunte chao. id est dissipatis tenebris. Meruit diem. i. diē lucem. Regna canopica. id ē aegyptia nam canopus ciuitas est aegypti que nūc damiata dicitur. sed per regna canopica intelligit regna mundi huius. que martyr fugiebat vt hebreici aegyptia. Gradu peruigili. quia totam noctem vigilauerat.

loge Alumniferum



Prudentis.

Plaga eoa. i. regio orientalis. Pandat polum. id est coelum aperiat folioris Cergili panditur interea domus omnis potentis olympi. Adit tribunal ubi erat iudex In medijs fascibus. i. iudicibus q fasces pferrebant magistratibus. Perdere animas. i. vestras precipitando illas ad inferos Scopulis rasilibus. i. viscera vestra radentibus. Male prodiga sui quia male impenditis mortem. Chistolium. i. chusticolarum. Ihs. apollo qui sunt ex magnis et consentibus deis.

Maximianus qui particeps impius dno cleriano fuit anno salutis. circiter trecentesimo: quo tempore persecutio valida in christianos fuit. Cliens lapidum. i. cultor idolorum Nam cliens acolendo dicitur

Prostituat. verbu turpe sumptum ab illis qui se prostitunt. libidini publice. et in sacris litteris verbum est frequens mochari de ijs qui idola colunt. Generosa. qualem me profiteor. Quatit. i. persequitur. Dux bonus. per frontem est legendu. Sanguine innocuo. i. martyris.

Corporibus pijs. i. religiosis. Inhians sumptum apullis hirundinis qui cibis inhiant. i. auidecupiunt Seneca in hercule fur. nullo sine beatas componit apes gazis inhians. Fidem. i. fideles christi nos Coacta. i. composita et compacta.

Bem fragile. corpus frangibile cito.

Qua plaga pandat eoa poluz.
 Abane superba tribunal adit:
 Fascibus adstat: et in medijs
 Vociferas rogo quis pudor est
 Perdere precipites animas:
 Et male prodiga corda sui
 Sternere rasilibus scopulis:
 Omnipatremq; negare deum:
 Quiritis o miseranda manus
 Christicolu genus: en ego suz.
 Dæmoniæcis inimica sacris.
 Idola protero sub pedibus.
 Pectore et ore deum fateor.
 Ihs. Apollo. Venus nihil est.
 Maximianus et ipse nihil.
 Illa nihil: quia facta manu.
 Hic manuum quia facta colit.
 Friuola vtraq; et vtraq; nihil.
 Maximianus opum dominus
 Et tamen ipse cliens lapidum
 Prostituat. voueatq; suis
 Humilibus caput ipse suuz.
 Pectora cur generosa quatit?
 Dux bonus arbiter egregius
 Sanguine pascitur innocuo.
 Corporibusq; pijs inhians
 Viscera sobria dilacerat:
 Gaudet et excruciare fidem.
 Ergo age tortor adure. seca.
 Diuide membra coacta luto.
 Soluere rem fragile facile est.
 Non penetrabitur interior
 Exagitante dolore animus.
 Talibus excitus in furias

Peristephanon.

Pretor ait. rape precipitem
 Victor et obui supplicijs.
 Sentiat esse deos patrios:
 Nec leue principis imperium.
 Quem cuperem tamē ante necez
 Si potis es reuocare tuam
 Torua puellula nequitiam.
 Respice gaudia quata metas:
 Que tibi fert gemalis honor.
 Te lacrymis labefacta domus
 Prosequitur: generisq; tui
 Ingemit anxia nobilitas:
 Flore quod occidis in tenero.
 Proxima dotib; et thalamo.
 Non mouet aurea pompa tori
 Non pietas veneranda senum
 Quos temeraria debilitas.
 Ecce parata ministeria
 Excruciabilis exitij.
 Aut gladio ferere caput.
 Aut laniabere membra feris.
 Aut facibus data sumificis
 Flebiliterq; vlulanda tuis
 In cineres resoluta flues.
 Hæc rogo: quis labor est fugere?
 Si modicum salis eminentis.
 Luris et exiguum digitis
 Tangere virgo benigna velis.
 Poena grauis pcul ab fuerit.
 Martyr ad ista nihil: sed enim
 Infremitt: inq; tyranni oculos
 Sputa iacit. simulacra dehinc
 Dissipat. impositamq; molam
 Turbulis pede profubigit.

Obui supplicia. i. onera. vel lacera.
 Sentiat. nunc cum dolore est hic sensus.
 Torua. sentiet qui vir sim. Nequitiam
 peccatum sine malum. Quanta gaudia
 metas. i. colliges vnde messoris dicit.
 Gemalis honor. i. nuptie. vnde lectus ge
 nialis in aula est apud horatium. est enim
 genus generationis de. Domus. par
 tum familia. Nobilitas aut parentum
 aut omniu nobilitum. Proxima tori. i. a
 lam tam tibi parati ad nuptias. Se
 num. patris et matris. Debilitas. i. hoc
 tuo facto temeraria crucias. Ministeria
 pro ministris. sicut seruicia pro seruis
 apulei? tunc me velut quandam victimam
 publice ministeria perducunt. Ferere
 caput laniabere membra synechdoche. p
 verbum passiuum. Flues in cineres. i.
 cremaberis. Vlulanda tuis. more fecim
 narum que in fetu vlulant. Vergilius et
 foemineo vlulatu. Fugere hæc. i. tanta
 mala que tibi sunt parata. Eminentis di
 gitis. i. eminentibus et summis et est sen
 sus. poena grauis aberit ate si summis di
 gitis velis tangere modicum salis et exi
 guum thuris ad sacrificandū. s. dijs salis
 autem dicit propter molam que sale spar
 gebatur. Vergili? et sulse fruges et citres
 tempora vitte varro. de re rustica scribes
 de canibus spina neq; eminentia neq; cur
 ua. Impositam molam que erat parata
 ad sacrificium. Profubigit. i. proculcat
 Verg. iij. geor. et pede profubigit terram



Pectora iuncea. i. pulchre deducta et composita Terentius in cumulo reddidit curatura iuncea. Numerante notas. i. signa que faciebant vngule. Scriberis. alludit ad notas que aliquando significat litteras. ideo dicit o domine tu scriberis mihi. i. in me. Nos apices. qui litteris impont consueverunt in litteris presertim hebraicis et graecis. Motant. i. per notas representant. Sanguinis elicti. ex vulneribus meis expressi. Licanus. in. fr. viris et elicti. sacrum nomen. i. christi fonte recalente. i. recentante sanguine Vergil. in. geor. lauit ater corpore sanguis Ultima carnificina. i. ignis quod fuit vltimum tormentum. Laceratio. vt ante has. Cratetenus. i. que non penebat nisi vsq. ad costas que sut quasi que dazerates ipsius corporis. Crinis odor non tunc sed qui solebat odoribus sufficit Vergil. ambrosiusq. compositum verti e odorem spirauere. Et in iugulos. i. in partem colli anterioze. Inuolitans humeris. i. in humeros. et est sensus q. virgo deducta capillos in facie et humeros vt absconderet pudore suum cum more retur. Tegmine. i. capillis. Flama crepans. Vergil. in. geor. atq. leuē stipulam crepitantibus vrere flamas. Volat in faciem. quia capilli sunt igne coerepti. Vegetata. nutrita. Eruperat apicē. i. capitis. Vergil. in. en. fundere lumen apex. Columba repens. pro repente sicut res cernis pro recenter.

Nec mora carnifices gemini
Iuncea pectora dilacerant:
Et latus vngula virgineum
Pulsat vtrinq; et ad ossa secat
Eulalia numerante notas.
Scriberis ecce mihi domine.
Quā iuuat hos apices legere:
Qui tua Xpe trophæa norat.
Nomē et ipsa sacrum loquitur
Purpura sanguinis elicti.
Hæc sine fletibus et gemitu
Læta canebat et intrepida.
Dirus abest dolor ex animo.
Membraq; picta cruore nouo
Fonte cutem recalente lauat.
Ultima carnificina de hinc
Non laceratio vulnifica
Cratetenus: nec arata cutis:
Flamma sed vndiq; lapidibus
In latera stomachumq; furit:
Crinis odor ut in iugulos
Fluxerat inuolitans humeris
Quo pudibunda pudicitia
Virgineusq; lateret bonos
Tegmine verticis opposito.
Flamma crepans volat in faciem:
Perq; comas vegetata caput
Occupat: exsuperatq; apicem
Virgo citum cupiens obitum
Appetit: et bibit ore rogam.
Emicat inde columba repens
Martyris os niue candidior
Visa relinquere: et astra sequi.
Spiritus hic erat Eulaliæ

Lacteolus. celer. innocuus.
Colla fluunt abeunte anima.
Et rogos igneus emoritur.
Pax datur artibus exanimis.
Flat⁹ i aethere plaudit ouas:
Templaq; celsa petit volucer.
Vidit et ipse satelles auem
Foemine ab ore meare palam.
Obstupefactus et adtonitus
Profilit: et sua gesta fugit.
Victor et ipse fugit pauidus.
Ecce niuem glacialis hyems
Ingerit: et tegit omne forum.
Membra tegit simul Eulaliæ
Aere iacentia sub gelido
Pallio vice linteoli.
Cedat amor lachrymantū hoim:
Qui celebrare suprema solent.
Flebile cedat et officium.
Ipsa elementa iubente deo
Exequias tibi virgo ferunt.
Hunc locus Emerita est tumulto
Clara Colonia Gettonis:
Quā memorabilis Amnis a na
Præterit: et viridante rapar
Surgite moenia pulchralauat.
Hic vbi marmore perspicuo.
Atria luminat alma nitoz.
Et peregrinus. et indigena.
Reliquias cineresq; sacros
Seruat hum⁹ veneranda sinu.
Læta cornuca super rutilant
De laquearibus aureolis.
Saraq; caesa solum variant

Lacteolus. candidus. Flatus. i. spiritus. Templacelsa. i. coelum. quod proprie templum dicitur. nam hec nra in terra per translationem dicuntur templa. Meare pro volare. Sua gesta fugit. i. caede quam virgini fecerat. Victor. qui preferbat pictoris insignia. Sub aere gelido. i. sub coelo. pars pro toto. vt intro nuere poli. nam polus et artis partes sut coeli. Vice pallio linteoli. i. ad similitudinem pallii linteoli. Cedat amor. sensus est quod exequiis virginis huius magis honorifice sunt: q. eorum qui in funere desidentur. Locus. in quo martyr est passa. Emerita. colonia romanorum in prouincia luctania. Ectontiac. nam veteres. populi sut lufitanie. de quibus Luc. li. iiii. vectonesq; lene Amnisana. sumi⁹ qui diuidit baeticam a lusitania et inde nobilis. Surgite viridante propter arbores aut herbas adiacentes ripis quod illius fluminis est proprium. Hic vbi. ordo est. Hic humus veneranda. propter virginis martyrium. Seruat in sinu. i. gremio reliquias et cineres sacra. Ubi nitoz luminat. i. illustrat. Atria alma. i. templa. Marmore perspicuo. i. pellucen- ti et splendido. Super rutilant de laquearibus. ordo est de super rutilant. Sara caesa. i. secta in pavimenta verm iculata variata arte muscica qualia nunc emerita multa conspiciuntur.



Prudentii

Rosulenta. idest plena rosis. nam erant in paulimento lapillis formate rosę et violę et huiusmodi flores. *Carpite.* hoc ad laudem picurę perinet quod flores picti erant & similitudini veris quare inuitat ad carpēdos illos. *Gentilis hęcens.* ex vergilio. ij. geor. Inuitat gentilis hęcens. idest voluptuosa ex eo quod tunc omnes vacant otio. vel potius dissiunge

duo locus a superiori inuitat ad carpēdos flores quos spargunt in tēplo dicitur. et tunc sequitur non caret his hęcens quia emerita in tali situ coeli est qui propter aeris clementiam per mediam hęcem flores parit. ideo dicitur glacies tepens. i. hęcens tepida et clemens. *Cumulet. i.* impleat canistra. *Comantibus.* florentibus. *Spede dactylico.* cuiusmodi est presens ode. *Uilia.* parui estimanda. *Festa.* i. festo virginis conuentitia. *Uliar.* altare. sicut cochlear et cochlear declinatur. *Propiciata.* idest propicia et beniuola facta.

In sanctorum duodecimginti martyrum cęsarau-gustanorum.

Carmen est sapphicum inuitum adonico quale illud chrisse sanctorum. *Celebrat* poeta patriam suā narrando duodecimginti martyres et vincētius et eueraten. duosq; cōfessores gagium et erementium eiusdem ciuitatis indigenas.

Is nouē. i. duodecimginti. *Hoster* populus. q̄a ut in prudentii vita diximus cęsarau-gustanus fuit. *Res tāta.* i. tanto preao estimāda. *Mundi ruina.* q̄ppe tanta scōz

*Flores ut rosulenta putes
Prata rubescere multimodis.
Carpite purpureas violas.
Sanguineosq; crocos metite.
Non caret his gentilis hęcens.
Laxat et arua tepens glacies:
Floribus ut cumulet calathos.*

*Ista comantibus e folijs
Munera virgo puerq; date.
Ust ego ferta choro in medio
Terta feram pede dactylico
Uilia. marcida. festa tamen.
Sic venerarier ossa libet
Ossibus altar et impositum.
Illa dei sita sub pedibus
Prospectat hęc. populosq; suos
Larmine propitiata fouet.*

Ode in laudem sanctorum decem et octo
martyrum Cęsarau-gustanorum.

Is nouem noster populus sub vno
Martyrum seruat cineres sepulchro:
Cęsarau-gustam vocitamus urbem:
Res cui tanta est.

Plena magnorum domus angelorum
Non timet mundi fragilis ruina

Peristephanion.

Presentia est inuita. *Sinu.* translatio sumpta ab ijs qui plenos numeribus sinus offerunt. *Mube rubente.* ad illum respicit quod scribit Euangelista. videbitis filium hominis venientem in nubibus cęli. *Libram iustam.* i. iusticiam qui libere omnia adquirit conuenit. *Omnis ciuitas.* quia omnes venturi sunt ad iudicium. *Excitata caput.* i. habens caput excitatum. perinde ac si ciuitas sit vna quedā persona. *Dona preciosa.* i. martyres idigenas. et q̄ dicit in genere explicat p partes. *Aphra cartago.* ad differētiā cartagine spartarię siue nouę que est in hispania. *Cyprianū* qui fuit cartaginensis. et solaz hanc posuit ex vrbibus peregrinis eius reliquę omnes sunt in hispania. *Coruduba.* ciuitas betteę nobilissima. *Alisceli* cuius festum ecclesia celebrat. xv. kl. de cęmbus. *Joellum* huius quoq; festuz celebrat. v. kl. Julij. sed nomine paululum inuitato *Joellu* pro *Joello* nuncupans. cum alioqui *Joellus* nomē sit magis celebre. *Tresco* rotas. i. alios tres martyres quoz nomina nō sunt mihi comperta. *Tarraco* ciuitas hispanię ceteroz. *Tribus gēmis.* i. augurio et

*Tot sinu gestans simul offerenda
Munera Christo.
Cum deus dextram quatens coruscam
Mube subnixus veniet rubente
Gentibus iustam positurus æquo
Pondere libram.*

*Orbe de magno caput excitata
Obuiam Christo properanter ibit
Ciuitas omnis pretiosa portans
Dona canistris.*

*Afra Cartago tua promet ossa
Dre facundo Cypriane doctor.
Coruduba Aliscelum dabit. et Joellum.
Tresq; coronas.*

*Tu tribus gemmis diadema pulchrum
Offeres Christo genitrix priorum
Tarraco. interit cui fructuosus
Sutile vinclum.*

*Hoc nomen gēme strophico illigatum est.
Emucant iuxta lapides gemelli.
Ardet et splendor parilis duorum
Igne corusco.*

*Parua Felicis decus exhibebit
Artubus sanctis locuples Herunda.*

enologio et fructuosus. de quibus peculiarem odam paulo post cantatur est. *Cui tarraco.* fructuosus qui fuit terraconensis eps. *Interit pro interuit aut interet.* *Uincluz* sutile. i. coronę cōtextā. *Hoc nomē gēme.* opinor legēdū esse nouę gēme. *Strophico.* i. corone. *Urg.* in copa. nece caput strophio. *Lapides gemelli.* i. auguri et enologus qui fuerit te-nite fructuosus. *Splendor parilis.* q̄ ambo erant eiusdē ordinis. *Herunda.* ciuitas quoq; hispanię ceteroz cōnensis terra conensis vbi cōcilij fuit celebre q̄ gerundense dicitur. *Joellus*

Peristephanon.

els quo noie et aliquos martyres fuerit. Ambos emeritū z chaledonū de quib⁹ supra scripsit oden. **Barcinō.** ciuitas quoq; eiusdē puincie colonia romanoꝝ fauētia cognomi nata. **Marbo** a qua dicta est prouincia narbonē. dicit autē narbo marti⁹. nūc est narbona.

Urbs Emerita q̄ est caput lusitanie est ciuitas metropo-
lis. **Puelle** adora-
te. i. eulalie quā om-
nes venerātur. **Ad**
aram ipsam. i. quasi
munus offerendum
christo ad aram.

Sanguinez iusti.
splendū ciuitas ē tar-
raconensis puincie
fortasse alcalā qz id
oēs optinant. et ē or-
do iuuabit ferre san-
guinē iusti et pasto-
ris appositū feru-
lū. i. donū. sine vascu-
m quo fert donū. nā
vtrūq; sūt ferulū.
Ligis ciuitas mau-
ritanic bochei que
quondā fuit hispa-
nie contributa quā
quā terminis hispa-
nicō cōtineat. **Cal-**
sianus hic tingita-
nus nō videt esse is-
de quo paulo est ex-
ponet martyrū et p̄
appositionē ad cassi-
anū subdit monu-
menta festa regum
massylū pro massy-
loꝝm q̄ sunt populi

in eo tractu **Vergilius.** i. i. en. massyliq; ruunt equites. **Qui** cims. non cims sed ille cims
erat cims. i. cassianus. **Pauc.** sub ciuitates placebunt singulis aut duobus. et aliq; qui
que testibus. i. id est martyribus. nam martyr testis interpretatur. **Ignore** hostiarum. i.
talibus hostiis que sunt pignora quedam ad propiciandum deum. **Reuincta** oleis. quia
oleis abundat que sunt pacis insignia. **Vergilius.** i. j. geor. et pinguem pacis nutritor ole-
uam. ideo subdit honori pacis.

**Nostra gestabit Calagurris ambos
Quos veneramus.**

Barcinon claro **Lucifate** freta
Surget: z **Paulo** spetiosa **Marbo.**
Leq; prapollens arelas habebit
Sancte **Benesi.**

Lusitanorum caput oppidorum
Urbs **Adorata** cineres puellæ
Obuiam **Christo** rapiens ad aram
Porriget ipsam.

Sanguinem iusti cui pastor hæret
Ferculum duplex. geminumq; donum
Ferre **Complutum** gremio iuuabit
Membra duorum.

Ingeret **Lingis** sua **Cassianum**
Festa **Massylum** monumenta regum:
Qui cinis gentes domitas coegit
Ad iuga **Christi.**

Singulis paucæ tribus aut duobus
Forlan z **quinis** aliquæ placebunt
Testibus **Christi** prus hostiarum
Ignore functæ:

Tu decem sanctos reuehes z octo
Cæsar Augusta studiosa **Christi**
Vertice flavis oleis reuincta
Pacis honori.

Peristephanon.

Prædices pietate. i. religioe. **Parens** orbis poeni. i. **Carthago** elnitas aphricæ metro-
polis. **In folio.** q. d. in arce dominationis. in qua multi martyres passi sunt. **Sacer** san-
guis. i. martyrum. **Exclisit** ex omnibus portis. qui erant intra viuez. **Inuidorum.** quia
demonum propeta
est iudicia. **Nigras**
tenebras. i. officias
quas demones obij-
ciunt hominibus.
Ambranz. laruar
z huiusfantasmatis
Pestis. s. demonū
Refugit populuz
s. caesaraugustanū
Patriā in artyrū
i. vbi martyres ni-
mia fertilitate pue-
nitunt. **Debitam**
sacris coronis. id
est ad hoc generatā
vt martyres pcrea-
ret. **Mobilitatis** to-
gate. i. martyrū qui
tam toga candida i-
duti. vnde canit ec-
clesia te martyrum
candidatus laudat
exercitus. **Vincen-**
ti. qui caesaraugu-
stanus fuit z tamē
sagunt martyrus
pass⁹ vt paulo post
dicturus est. **Cler⁹**
clericorū do. et quo
fuit vincenius. z va-
lerius. **Infulata.**
quia fuerunt eiusdē
vbiis. **Sacrus.** qd
in christianozū per-
secutionib⁹ que fue-
rāt vsq; in illa tem-
pora caesarauguste

Sola in occursum numerosiores
Martyrum turbas domino parasti.
Sola prædices pietate multa
Luce fruetis.

Uir parens orbis populosa poeni.
Ipsa vix **Roma** in folio locata
Re decus nostrum superare in isto
Adunere digna est.

Omnibus portis sacer immolatus
Sanguis exclusit genus inuidorum
Demonum: z **nigras** pepulit tenebras
Urbe piata.

Nullus vmbzarum latet intus horror.
Pulsa nam pestis populum refugit.
Christus in totis habitat plateis.
Christus vbiq; est.

Martyrum credas patriam coronis
Debitam sacris chorus vnde surgens
Tendit in coelum niueus togatæ
Mobilitatis.

Inde **Vincenti** tua palma nata est.
Clerus hic tantum peperit triumphum
Hic sacerdotum domus infulata
Valeriorum.

Sxuus antiquis quoties procellis
Turbo veratum tremefecit orbem:
Tristior templum rabies in istud
Intulit iras.

tipous q̄ vsquam alibi scutum est. **In** istud templum. id est in christianos qui templū
dei sunt vt inquit apostolus an nescitis quod templum dei estis.



Prudentij.

Sine laude nostrum. i. nostrorum martyrum. Sub omni grandine. i. persecutione. **P**eregre necatus. i. saguntum non longe a valentia nunc est. monuedro. **R**oze sanguinis. forte propterea dicit: quod

ibi didicit quo pacto deberet esse martyr: cum videret ciues suos martyrium patii. **H**oc coluit ciues. i. quod ibi natus est et insitutus ad fidem potest etiam legi hinc. i. martyre. neque minor laude censendi sunt quaz si etiam illius ossa haberent

Prope litus quod saguntus ut iuuus scribit non distat a mari plusquam mille passus. **A**lti. i. antitque. condita namque est a zacythis qui cum hercule in hispaniam venerunt.

Hostra palestra. i. christiana militia

Oliuo fidei quem admodum palestrite oleo se perungebant. et alludit ad oleum christianaque baptismatis. **H**ostem persecutorem nominis christiani. **P**almas victorias decem et octo martyrum. **E**adem laude. quia illi cucurrerunt.

Encrate. virgo et martyr quoque et ea

dem virbe que nunc corrupte dicitur engratia. interpretatur namque encrate temperata. **D**e

cubant ossa. i. monumenta. **Q**uibus virtutibus. i. qua fortitudine. **T**u virgo violenta. quod viribus id fecisti. ut illud ex Euangelio. regnum coelorum vim patitur et violenti rapiunt illud. **D**edecorasti seculum. quia victoria tua fuit mundi huius ignominia.

Nec furor quisquam sine laude nostrum
Lessit: aut clari vacuus cruoris
Martyrum semper numerus sub omni
Grandine creuit.

Nonne vincenti peregre necatus

Martyr his terris tenui notasti

Sanguinis roze speciem futuri

Morte propinqua?

Hoc colunt ciues: velut ipsa membra

Lespes includat suos: et paterno

Seruet amplectens tumulo beati

Martyris ossa.

Hoster est: quamuis procul hinc in vrbe

Passus ignota dederit sepulchri

Gloriam victor prope litus altae

Forte saguntum.

Hoster et nostra puer in palestra

Arte virtutis fideique oliuo

Uinctus horrendum didicit domare

Viribus hostem.

Mouerat templo celebres in isto

Docties partas deciesque palmas:

Laireis doctas patrijs eadem

Laude cucurrit.

Hic et Encrati recubant tuarum

Ossa virtutum: quibus efferati

Spiritum mundi violenta virgo

Dedecorasti.

Peristephanoni.

Martyrum nulli. quia illi affectum sunt coronam martyrii per mortem haec vero passa est omnia tormentorum genera et tamen superuixit fuitque sibi ipsi superstes. **R**eteris. enarras. ut in hymno martyrum. que vox que poterit lingua retere. alias retere est quod tertium est infectus reddere. **R**ecentans. id est renouans. quasi velit dicere exulcerans quod

Martyrum nulli remanente vita
Lontigit terris habitare nostris.
Solatu morti propriae superstes
Tuius in orbe.

Tuius: ac poenae seriem reteris.

Larnis et caesa spoliium recentans:

Tetra quam sulcos habeant amaros

Vulnera narras.

Barbarus tortor: latus omne carpsit.

Sanguis impesus. lacerata membra.

Pectus abscesa patuit papilla

Corde sub ipso.

Jam minus mortis pretium peracta:

Quae venenatos abolens dolores

Concitam membris tribuit quietem

Sine supremo.

Lruda te longum tenuit cicatrix:

Et diu venis dolor haesit ardens:

Dum putrescentes tenuat medullas

Labibus humor.

Inuidus quamuis obitum supremum

Persecutoris gladius negarit:

Plena te martyr tamen ut peremptam

Poenam coronat.

Vidimus partem iecoris reuulsam

Ungulis longe iacuisse pressis.

di. neque enim per tempora licuit prudentio id videre. **U**ngulis pressis. id est in ipsa thoracis penetralia impressis. **M**ors pallens. ab effectu. **V**ergilius in. iij. encl. et pallida morte futura.

tam in cicatricem coierat. **S**ulcos. i. laniatus in sulcorum morem. **S**ub corde e cuius regione sunt papillae. **M**ynus precium. id est non multi estimandum precium namque aliquando poenam significat ut **T**erentius ego precium pro stulticia fero. et **V**ergilius. viij. es. rem magnam precibus morte. **C**oncitam quietem. id est citam et velociter venientem. **Q**uidius. **M**ors minus poenae quam mora mortis habet **L**ongum. nomen pro aduerbio. id est longo tempore.

Humor tabidus. id est sanguis corruptus. martyr vocatus est. **P**lena poena. quia nihil de fuit ad martyrii meritum. **V**idimus. id est si adfuissemus poteramus videre. **V**ergilius pri. geor. et studio in cassum videas gestire lanam



Prudentis

Aliquid tuorum. subaudi membrorum. Fruendum. id est quo gloriaretur. Inge viue
tis. id est immortalis. et est nomē pro aduerbio ingepro iugiter. Ergo. CesarAugusta pa
triam suam hortatur ad canendas duodeviginti martyrum laudes: quos enumerat: pre

ter quattuor satur
ninos. Diues ter
senis. nā et cum ge
nitio et eius septi
mo casu construi
tur diues. horati.
diues agris diues
postis in foenore
nummis. Opta
to et lupercio. et a
his qui sequuntur
Tibi met. id est
non tantum ad il
lorum laudem. sed
etiam ad tuā que
ex illis tibi quoque
accedit. Euenti.
vocatū est ab eo
quod euentus.

Homen extolli.
p nomina celebra
ri. Reuēte me
tro. quia syllabā
dam illorum nomi
num repugnabāt.
legi carminis sap
phiel. Carminis
leges. sensus est q
nihil refert illorum
nomina scribi no
stro versu: qā no
mina illorum scrip
ta sunt in coelo. lu
ce cap. x. Aureo
rum nomnum. id
est aureis litteris
scribendorū. Nō
est rudis. id est no
ua quia semper ce
lebrabuntur.

Mors habet pallens aliquid tuorum;
Te quoque viua.
Hunc nouum nostratitulum fruendum
LæsarAugustæ dedit ipse Christus;
Iuge viuentis domus vt dicata
Martyris esset.
Ergo ter semis sacra candidatis
Diues oprato simul et lupercio
Perge conscriptum tibi met senatum
Pangere psalmis.
Ede Successum. cane Martialem.
Mors et Urbani tibi concinatur.
Iuliam cantus resonet. simulq
Quintilianum.
Publium pandat chorus. et reuoluat
Quale Frontonis fuerit tropæum.
Quid bonus Felix tulerit. quid acer
Lecilianus
Quantus Euenti tua bella sanguis.
Linxerit. quantus tua Primitiue.
Lum tuos viuax recolat triumphos
Laus Apodemi.
Quattuor posthinc superest viroꝝum
Nomen extolli reuente metro:
Quos Saturtinos memorat vocatos
Pisca vetustas.
Carminis leges amor aureoꝝum
Nominum paruifacit: et loquendi
Lura de sanctis ociosa non est
Hæc rudis vnquam.

Peristephanon.

Plenus artis modus. id est satis est quod illorū nomina sint nota christo. Coeli liber.
de quo in apocalypsi iohannis. Angelus. qui est cuiusq; hominis custos. Iure sepulchri
id est quia in illa sepulti sunt: ideo peculiarem gerunt illius tutelam. Ad antiquum num
merum. scilicet decem et
octo memoratorū.

Plenus est artis modus annotatas
Nominum formæ recitare Christo:
Quas tenet coeli liber explicandas
Tempore iusto.

Octo tunc sanctos recolet. decemq;
Angelus coram patre filioq;
Urbis vnus regimen tenentes
Iure sepulchri.

Quin ad antiquum numerum trabentur
China post poenæ specimen puella.
Morsq; Vincenti. cui sanguis hinc ē
Fons et honoris.

Additis Sagio: nec enim silendi:
Teq; Crementi: quibus incruentum
Ferre prouenit decus ex secundo
Laudis Elgone.

Ambo confessi dominum steterunt
Acrier contra fremitum latronum.
Ambo gustarunt leniter saporem
Martyriorum.

Hæc sub altari sita sempiterno
Lapsibus nostris veniam precatur
Turba: quam seruat procerum creatrix
Marmororum.

Mos pio fletu. date. perluamus
Marmorum sulcos. quibus est operta
Spes: vt absoluam retina culozum

mur. Creatrix. scilicet CesarAugusta martyrum genitrix. Mos pro fletu. Sensus et ordo est
Dare. i. eia agite se et ceteros hortans hoc dicit: parluamus lachrymis sulcos marmoruz
scilicet lapidum sulcatus litteras. Spes operta. scilicet cineres Iuxta illud caro mea requiescet
in spe subaudi refurgendi.

Ad antiquum num
merum. scilicet decem et
octo memoratorū.
Puella viua. id
est que post marty
rii tormēta fuit su
perstes. Mors vi
centi. quez dixim
ortū CesarAuguste.
passi vero sagiti.
Sanguis. id est
natalesolum. et ort
go honoris. vt pos
tius honor marty
rii cedat patrie qm
loco vbi passus ē.
Additis gagio et
crementio. hī duo
cōfessores fuerūt:
qui sine sanguine
martyrii consecuti
sunt parē illis glo
riam. Latronuz.
id est persecutoruz.
sed de his nihil ad
huc legi. neq; nūc
id agimus vt excu
tiamus monumē
ta vetustatis: s; vt
aditum quendam
ad hæc opera grā
maticis aperiam
Sapore. id est por
tionem quendam
martyrii citra san
guinem. Lapsi
bus nostris. id est
peccatis in q labi



Uincla. i. peccata
quibus deumctus
et impeditus teneor
Animas et artus
idest ipfos marty-
res a mortuis resur-
gentes in die vniuer-
salis iudicij.

Prudentij

Uincla meorum.

Sterne te totam generosa sanctis
Luitas mecum tumultis: deinde
Adors resurgentes animas et artus
Lota sequeris.

Ode in Laudem sancti Vincen-
centij Martyris.

Vincentij Martyris.

BEate martyr. hymn^{us} est qualis il-
le. Miles diei nunctus. Vincentij q
vt in superiori ode diximus caesar angu-
ste fuit ortus et saguntii passus martyrii
celebrat. Prospera. idest prosperum fac
Luitus libro. viij. quiritium victoriamq
prosperetis. Merces sanguinis. i. mar-
tyrii. Hic dies. in quo passus es marty-
rium. Insigni stola. que fuit apud roma-
nas mulieres isigne castitatis. Testis
indomabilis. idest martyr inuictus.
Satelles idoli. i. dactianus minister de-
monis. Atris legibus. i. duris et impe-
riosis. Captator. ille satelles captane
vt caperet. Illud prorsus vt illuz a matre
abstrahat ludens et blandiens. Rex ma-
ximus. romanus imperator. Romula. i.
romana. Vergilius. vi. en. Romula tel-
lus. Omnia mortales omnes.

BEate Martyr prospera
Diem triumphalem tuum:
Quo sanguinis merces tibi
Corona Vincenti datur:
Hic te ex tenebris seculi
Lortore victo et iudice
Euerit ad coelum dies:
Christoq; ouantem reddidit.
Hunc angelorum particeps
Conluces insigni stola:
Quam testis indomabilis
Riuus cruoris laueras.
Cum te satelles idoli
Præcinctus atris legibus
Litare diuis gentium
Ferro et catenis coheret.
Ac verba primum mollia
Suadendo blande effuderat
Captator: vt vitulum lupus
Rapturus adludit prius.
Rex inquit orbis maximus
Qui scepra gestat romula:
Seruire sanxit omnia
Piscis deorum cultibus.

Peristephanon.

Vos nazareni assistite:
Rudemq; ritum spernite.
Hæc saxa quæ princeps colit:
Placate fumo et victima.
Exclamat hic Vincentius
Leuita de tribu sacra
Minister altaris dei
Septem ex columnis lacteis.
Tibi ista præiunt numina.
Tu saxa: tu lignum colas.
Tu mortuorum mortuus
Eias deorum pontifer.
Nos lucis auctorem patrem.
Eiusq; christum filium
Qui solus ac verus deus:
Datiane confitebimur.
Hic ille iam commotior
Audesne non felix ait:
Ius hoc deorum et principū
Uolare verbis asperis?
Ius sacratum et publicum
Cui cedit humanum genus:
Nec te iuuentæ feruida
Instans periculum permonet?
Hoc namq; decretum cape.
Aut ara ture et cespite
Præcanda iam nunc est tibi:
Aut mors tuæda est sanguine.
Respondit ille altrifecus:
Age ergo quicquid virium:
Quicquid potestatis tibi est:
Palam reluctor: erere.
Glor nostra quæ sit: accipe.
Est Christus et pater deus.

Assistite. idolis adstate. Nazareni.
christiani. Rudem ritum. idest nouam
religionem. Leuita. nō quod fuit ex tri-
bu leui tudens. sed quod sacerdos sacro-
rumq; minister: quemadmodum et leuitæ
ex tribu leui fuerunt. Et septem colum-
nis. ad septem illos sacramenti ministrā
di leuitas respicit: de quibus Lucas in
actibus apostolorum. cap. vi. Deorum
mortuorum. non immortalum vt illi voc-
cabant. vnde vinum deum verum ad illo-
rum differentiam dicimus. Lucis au-
torem. quia a luce fabricam mundi incho-
auit: cum dixit fiat lux. Commotior. i.
perturbator. Sacratum et publicum:
idest religiosum et profanum. Ara. idest
idolum in ara impositum imprecandum
Ture et cespite. quia ex cespitibus et her-
bis congeriebant altaria. Altrifecus.
idest ex altera parte. Age erere. i. eis ex-
pedi. Reluctor palam. i. non dissimulan-
ter resisto.



Quis vultus iste. idest tam letus in tormentis. **Renidet.** idest splendet et serenus est. **Prouocat.** idest lacessit in tormenta. **Et tortus.** idest qui torquetur est fortior quam tortus. **Illa vis.** s. tortorum exercita in tormentis martyrum. **Urs dolozum.** idest tormentorum inferentium dolores. **Alumni carceris.** aut lictores aut carnifices aut custodes alloquitur. **Conhibete dexteras.** idest cessate a tormentis. **Mihi.** idest ad hoc quod volo facere. **Et goz.** s. martyria patientia patendi. aut vestra torquendi. **Alcera.** sanguine fluētia. **Colligit.** idest vulnus in cicatricem coit. **Resulcans.** i. iterum scindens. **Leuites.** sic grace declinat nos leuita. p. declinamus. **Tuorum canum.** i. tortorum. **Ostende.** illis. s. **Riuos.** s. sanguinis. **Meam poenam.** i. de me. **Alter homo.** i. non hic carnalis qui videtur sed ille interior de quo apostolus. induite nouum hominem.

Prudentis.

Frontem serenam luminat
Te Chrīste præsentes videns.
Quis vultus iste pro pudor
Datianus aiebat furens.
Gaudet. redimet. prouocat
Tortor. et tortus acrior.
Nil illa vis exer cita
Tot noxiorum mortibus
Argone in isto proficit.
Urs et dolorum vincitur.
Sed vos alumni carceris
Pars semper inuicta mihi
Conhibete paulum dexteras:
Respiret vt lassus vigor.
Præsicca rursus vlcera:
Dum se cicatrix colligit:
Refrigerati sanguinis
Manus resulcans diruet.
His contra leuites refert.
Suam tuorum perspicias
Languere virtutem canum.
Age ipse maior: carnifex:
Ostende quo pacto queas
Imos recessus scindere:
Manus et ipse interfere:
Riuosque feruentes bibe.
Erras cruenta: si meam
Te rere poenam sumere:
Cum membra morti obnoxia
Dilancinata interficis.
Est alter homo intrinsecus:
Violare quem nullus potest.
Liber. quietus. integer.
Exors dolorum tristium.

Peristephanon.

Hoc quod laboras perdere
Tantis furoris viribus:
Uas est solum ac fictile
Quocumque frangendum modo.
Quin immo nunc emite
Illum secare ac plectere:
Qui perstat intus. qui tuam
Calcat tyranne insaniam.
Hunc lacesse. hunc discute
Inuictum. insuperabilem.
Nullis procellis subditum:
Soli que subiectum deo.
Hæc sature: et stridentibus
Laniatur uncis denuo.
Cui prætor ore subdolo
Anguina verba exsibilat.
Si tanta callum pectoris
Prædurat obstinatio:
Pulvinar vt nostrum manu
Abomineris tangere.
Saltem latentes paginas:
Librosque opertos detege.
Quo secta paruum seminans
Iustis cremetur ignibus.
His martyr auditis ait.
Quem tu maligne mysticis
Admiraris ignem litteris:
Flagrabis ipse hoc iustius
Ab omphæa nam coelestium
Cindex erit voluminum
Tanti veneni interpretem
Lingua perurēs fulmine.
Vides fauillas indices
Somno: reorum criminum:

Hoc quod laboras. s. corpus. Uas est. de quo idem apostolus sciētes vnusquisque suum vas possidere. Uas solum. idest solubile. Illum. scilicet hominem interiorē. Calcat. vincit et superat. Exsibilat. quia dixit anguina verba. Callum pectoris. idest patientiam. Pulvinar nostrum. idest altaria. Nam in templis pulvinaria sternebantur. Libros. religionem vestram continentes. Ab omphæa. i. censis. Erat vindex. idest liberatrix. Interpretem tanti veneni. i. blasphemie. Vides fauillas. Exemplo illum de terret: cum ita illum conflaguratum dicit vt sodomorum gomorum. Indices. idest testes et indicium facientes.



Cinīs. quia totus ille locus quasi cinere
sparsus est. **Serpens.** quia supra dixit
anguina verba exultat. **Fuligo et bitu-
men.** i. aliquid simile his que sunt apud
sodomā et gomoram: apud inferos te ex-
pectat. bitumen autem sudat asphaltites
lacus iudeg. vñ de bitumen iudaei voca-
tur. **Cunctat' diu.** deliberans quid fa-
ceret. **Extrema omnium.** subaudi tor-
mentorū vt scilicet questio exerceatur.
per tormenta namq; in questionibus ve-
ritas extorqueri solet. **Ad hęc muncia.**
i. officia. **Pernit.** alacris et veloc.
Ad palestram glorię. idest ad certamen
in quo martyr reportaturus erat victoriā
Spes. vincendi ex parte martyris et cru-
delitas carnificis. **Regule ferrata.** cō-
modius dirisser lamina cum Vergilio.
primo geor. argute lamina ferrę. **Dente**
infrequenti. idest valde frequenti. nā hic
in auget. **Vinum habitum.** idest vapo-
rem igneum. **Excussus salis.** idest excuf-
sio nisi forte velis intelligere quod salis
sit casus rectus. **Punctis stridulis.** id-
est puncturis cum stridore crumpentib'
cum nucasalis.

Prudentij.

Sodomita nec latet cinis
Testis perennis funeris.
Exemplar hoc serpens tuum est:
Fuligo quem mor sulphuris
Bitumen et mistum pice
Imo implicabunt tartaro.
His persecutor saucius
Pallet. rubescit. & fluat.
Insana torquens lumina
Spumasq; frendens eregit.
Tum deinde cunctatus diu
Decernit extrema omnium
Igni grabato et laminis
Exerceatur questio.
Hūc ille sese ad munera
Grādu citato proripit.
Ipsoq; pernit gaudio
Poenę ministros præuenit.
Uentus ad palestram glorię.
Spes certat. et crudelitas:
Luctamen anceps conferunt
Hinc martyr. illinc carnifex.
Serrata lectum regula
Dente infrequenti exasperat:
Cui multa carbonū strues
Vinum vaporat halitum.
Hunc sponte conscendit rogam
Vir sanctus ore interrito:
Leu iam coronę conscius.
Celsum tribunal scanderet:
Subter crepante aspergine
Scintillat excussus salis.
Punctisq; feruens stridulis
Sparsum per artus figitur.

Peristephanon.

Arui na posthinc igneum.
Impressa cauterem lauit:
Vis unde rois fumidi
In membra sensim liquitur.
Hęc inter immotus manet
Tanquam doloꝝum nescius.
Tenditq; in altum lumina:
Flam vincula palmas presserāt.
Sublatus inde fortior
Lugubre in antrum truditur.
Me liber vsus luminis
Animaret altum spiritum.
Est intus imo ergastulo
Locus tenebris nigrior:
Quem sara merſi fornicis
Angusta clausū strangulant.
Aeterna nox illic latet
Expers diurni syderis.
Hic carcer horrens suos
Habere fertur inferos.
In hoc baratrum comiscit
Cruculentus hostis martyres
Lignoq; plantas inserit:
Duaricatis cruribus.
Quin addit et poenā nouam.
Crucis peritus artifex
Nulli tyranno cognitam
Nec fando compertam retro.
Fragmenta testarum iubet
Hirta impolitis angulis
Acuminata informia
Tergo iacentis sternerent.
Rotum cubile spiculis
Armant dolores anxi:

Arui na. pingue illud quod adiacet carni
impressa in corpus martyris. vel in ipsiꝝ
cauteri aduoluta. est aut cauter sine cau-
teri instrumentū ad vrendū a cauteria
30 quod est cōburo dictum. **Lauit.** i. in-
guit. et declinat per tertiam lano. is. la-
ui. **Rois fumidi.** scenim gutta distilla-
tur ex pingui. **Nescius.** i. non sentiens.
In altum lumina. ex Vergilio. ij. enei.
lumina nā teneras arcebant vincula pal-
mas. **Inde.** sc. ex tormentis. **Vsus liber.** i.
sine impedimento. **Animaret.** i. animo
suo redderet. **Ergastulo.** i. carcere cum
tamen prope ergastulum sit eoz qui dam-
nantur ad faciendā opera. **Sara angu-
sta.** i. angustum locum claudencia stran-
gulant. i. contrahunt in strictū quasi per-
teum **Formicis merſi.** i. telludinis subter-
ranę. **Aeterna nox.** tenebrę sunt illic
semper suos inferos. quasi dicat est ille
locus subterraneus quasi inferi inferoz.
Baratrum. sic appellatur apud inferos lo-
cus damnatorum. **Ligno.** quem nos hi-
spani cippum vocamus. **Duaricatis.** i.
distractis quā maximo fieri potest spacio
fando. i. inter loquendum in fabulis.
Vergilius. ij. enei. fando aliquid si forte
tuas peruenit ad aures. **Compertaz re-
tro.** i. temporibus retro actis. **Fragmenta**
testarū. i. scrupulos angulosos. **Hirta.**
i. aspera. **Informia.** i. nō formata in
planiciem. **Spiculis.** i. aculeatis illis la-
pidibus et scrupulis.



Prudentij

Subter latus infomne. idest non sine
bat martyre dormire. Ducrone obvio.
idest stimulo latus excipiente. Beelzebubul.
idest diaboli qui princeps siue vir
muscaram interpretatur. dicitur namq;
bel et beel et baal. Cæcitas. id est obscu-
ritas. vnde cæcan noctem vergilius dicit.
Duplex morsus stiptis. idest cippi. q;
duobus constat lignis incastratis. Ca-
uernis. idest cauis in quibus victorum
crura infortantur. Datozem luminis.
non solum illius sed etiã spiritalis. Vol-
libus. que prius fuerant aculeata. Mes-
etar. pro ambrosia posuit: que vt vergilius
dixit diuinum spirat odorẽ. Augustior.
idest venerabilior. Securus tui. quia
deus peculiarem tui curam agit. Adde-
re. idest se additus nam secunda impe-
ratiui modi persona est. Munia poe-
ne minacis. idest officia laboris tormen-
ta patiendi. sine decussa. idest ex te excus-
sa et detracta. aut decussa pro decussata
idest perfecta.

Infomne qui subter latus
Ducrone pulsant obvio.
Hæc ille versutus vasfra
Aeditatus arte struxerat
Sed bel zebulis callida
Lômêta Christus destruit.
Nam carceralis cæcitas
Splendore lucis fulgurat:
Duplexq; morsus stiptis
Ruptis cauernis dissilit.
Agnoicit hic Vincentius
Adesse quod sperauerat
Tanti laboris præmium
Christum datorẽ luminis.
Lernit deinde fragmina
Jam testulatum mollibus
Uestire semet floribus
Redolente nectar carcere.
Quin z frequentes angeli
Stant: ac loquuntur cõmin?
Quorũ vnus ore augustior
Compellat his dictis virũ.
Exurge martyr inclite.
Exurge securus tui.
Exurge: z almis coetibus
Moster sodalis addere.
Decussa iam satis tibi
Poenæ minacis munia.
Pulchroq; mortis exitu
Omnia peracta est passio.
Omiles inuictissime.
Fortissimisq; fortior
Jam te ipsa sæua z aspera
Tormenta victorẽ tremũt.

Peristephanon.

Spectator hæc Christus deus
Compensat æuo intermino:
Proprieq; collegam crucis
Larga coronat dextera.
Pone hoc caducum vasculum
Compagne textum terrea.
Quod dissipatum soluitur:
Et liber in coelum veni.
Hæc ille. sed clausas fores
Interna rumpunt lumina.
Tenuisq; per rimas nitore
Lucis latentis proditur.
Hoc cum stuperet territus
Obsessor atri luminis:
Quem cura pernox manserat
Seruare feralem domum.
Pallentes audit insuper
Predulce carnẽ martyris.
Cui vocis instar æmulæ
Conclauẽ reddit concanum.
Pauens deinde introspicit.
Admota quantũ postibus
Acies per arctas cardinum
Intrare iuncturas potest.
Uernare multis floribus
Stramenta testarum videt:
Ipsumq; vultis neribus
Ob ambulantem pangere.
Implentur aures turbidi
Prætoris hoc miraculo.
Flet victus et voluit gemens
Gram. dolorem. dedecus.
Exemptus inquit carcere
Paulum benignis fortibus

Æuo intermino. idest immortalitate.
Collegam crucis. idest passionis. Lar-
ga dextera. i. benigna et munifica. Va-
sculum. corpus quod est quasi antmã va-
gina. Liber. expeditus. Rumpunt. id
est erumpunt per fores clausas. Prodi-
tur. idest ostenditur. Obsessor atri lumi-
nis. forte legendum carceris. nam quos
modo lumen erat atrum. Cura pernox
idest vigilia per totam noctem durans.
Manserat. i. expectabat. hoc enim signi-
ficat cum accusatio constructum maneo
verbum. Cui. s. carmini. Conclauẽ
cauum. idest testudineum. Reddit. per
vocis repercussionem quod maxime fit
per echo in locis concavis. Acies. s. oer-
lorum. nam per ianuarũ rimas asperit
quid intra carceris barathrum fiebat.
Stramenta testarum. i. testas illas stra-
tas. Neribus vinculozum. s. et compes-
dit. Fortibus. idest fomentis quibus re-
creatur. vt deinde magis sentiat dolores
in tormentis.



Prudentis

Tropheum glorie. idest victorem glorio-
sum. Tactu squallido. idest immundo.
Si qua clangens. subandi alitum. hoc
est aquilarum. nam clangere proprie aq-
larum est. Crucis volucris. idest cor-
ui. quod ipsum mirum est quod coruus
fugaret aquilam. Delicibatus. et tertio
regum volumine petēda est historia quo
pacto coruus pascebat heliam prophetā.
Excubat. idest vigilat et tuetur. Pro-
pheta. et loco vbi martyris corpus iace-
bat. Exegit. fugauit. Belluam. idest
lupum illum. Congredi tauris. i. cum
tauris. vergilius primo gne. impar con-
gressus achilli. idest cum achille. Plu-
mis mollibus. idest coruo. Malignum.
idest maligne. nomē pro aduerbio. Le-
ui volatu. s. corui leuiter volātis. Quis
audienti. ex vergilio. iij. gneid. quis tibi
tunc vido cernenti talia sensus. Spicu-
lis. idest stimulis. Sed quis tyranne.
verba sunt poetę alloquentis dectanum.
Determinabit. p. finiet. Nullus mo-
dus. idest finis.

Audet trophæum glorie
Foedare tactu squallido.
Quin si qua clangens improbe
Circumuolaret eminus:
Crucis volucris impetu
Depulsa vertebat fugam.
Nam coruus helix datus
Olim ciborum portitor
Hoc munus implet cedulo:
Et irremotus excubat.
Hic ex frutetis proximis
Infestus alarum sono:
Oculosq; penitus verberans
Exegit immanem lupum.
Quis perfidorum credere
Ausit rapacem belluam
Lauris paratam congregi
Lesse plumis mollibus?
Ibat malignum murmurans
Leui volatu exterritus:
Prædamq; visam fugerat
Custodis imbellissimi nis.
Quis audienti talia
Datiane tunc sensus tibi?
Quantis gementem spiculis
Figebat occultus dolor?
Cum te perempti corporis
Virtute victum cerneres
Ipsis et impar ossibus
Clacuisq; iam mēbris minor?
Sed quis tyranne pertinax
Hunc impotentem spiritum
Determinabit exitus?
Nullus ne franget modus?

Peristephanon.

Nullus. nec vnquā desinam.
Nam si ferina immanitas
Adansuescit: et clementia
Loros voraces mitigat:
Mergam cadauer fluctibus.
Infana nunquam naufragis
Ignoscit vnda: et spumeum
Nescit profundum parcere.
Aut semper illic mobilis
Incerta per ludibria
Austri feretur flatibus
Squamosa pascens agmina:
Aut sub fragolis rupibus
Scabui petrarum murices
Inter recessus scrupcos
Discissa rumpent viscera.
Ecquis viroꝝ strenue
Lumbam peritus pellere
Remo rudente et carbaso
Secare qui pontum queas.
Rapias palustri e cespite
Corpus: quod intactus iacet.
Leuiq; vectum lembulo
Amplum per æquor auferas.
Sed complicatum sparteus
Claudat cadauer culleus:
Quem fune connexus lapis
Præceps in altum deprimat.
At tu per vndas emices
Rorante præceps palmula:
Donec relictum longior
Abscondat aspectus solum.
Pæc iussa quidam militum:
Lumorphio nomen fuit

Nullus. facti daclannin respondente in
Nunquam ignoscit. sed semper iniecta
denorat. Illic. idest in flumine. Incer-
ta ludibria. idest per motus incertos. Nā
et ludere pro moueri in aqua. vergilius
posuit primo geor. teretes inquit collide-
re plumas. Agmina squamosa. idest pi-
sces. Scabui murices. idest asperę rupes
nam murex etiam inter alia hoc quoq;
significat. vergilius. vi. gñ. Inter recessus
scrupcos. idest speluncas saxosas et
asperas. vnde vergilius in sexto scrupca
saxa dixit. Equis. interrogatiuum est
sed hic videtur ponere pro aliquis: quia
subdit peritus pellere lumbam strenue:
qui queas. etc. Lumbam. pro cymba po-
suit vt martha pro myrrha y psilo muta-
to in. u. vocalem. Leui lembulo. idest par-
uo lembo. qui etiam ex cymbarum genesi
re est. vergilius primo geor. aduerso vix
flumine lembum. vbi Seruius exponit
nauticam admodum breuē. Cullens
sparteus. idest fiscus ex sparto cōtextus.
quanquam culleus sit corium ex bone so-
lidum. sed paricidę culleo insuebantur:
et deinde in mare deisciebantur fiscinam
appellauit culleum a similitudine. Emi-
ces. idest eas remozum impulsu. vergilius
Iuuenum manus emicat ardēs. Pal-
mula. idest remi pala. vergilius in. v. Le-
uas feriat sine palmula cautes. Sola
relictum. idest terram: hoc est vbi terra
nusquam appareat: sed vndiq; sit aut cœ-
lum aut mare.



Hec iussa arripit. idest exequitur. Su-
naletertum. idest fscum ex funibus con-
textum. Corpore futo. idest intus clau-
so r implcito. Emensus. idest enavigas
Excudit. idest in mare deicit. Gradiē
te christo. quo tempore petrum a profun-
do maris liberauit. Viator gurgitis. id
est viam faciens per mare. Hec virtus.
cum populum israeliticum per mare ru-
bū traiecit. Dehiscere. idest sulcari vn-
dis stantibus ex vtroq; latere. Et ipsa.
subaudi virtus. Quietis lapsibus. id
est tranquillis. Pronum ad littora. id
est decline. nam pronum dicitur quod de
orsum vergit. vergilius. v. cū. et acuto in
murice remi. Spuma candens. epithe-
ton est inseparabile: quoniam omnis spu-
ma candicat. Sissella. proprie quam su-
pra culleum dixerat. Remenso marmo-
re. idest retro navigato mari. Vergilius
ij. cū. pelagoq; remenso iprouisi aderunt.
Idem in. vij. et lento luctantur marmore
tonsg. Vestu secundo et flamine. idest
vndarum refluxu sequente r vento. nam
vestus maris proprie dicitur cum crescit
et vndas ad littora impellit. Certant ip-
si. qui miserāt martyris cadaver in pō-
tum. Fasello. quem supra vocauit cym-
bam et lembulum. nam fasellus quoq;
naucula est. Funenalis. Fictilibus solli-
cum dare vela fasellis.

Prudentis.

Violentus. audax. barbarus.
Furore feruens arripit.
Funale textum conserit:
Suto quod implet corpore.
Emensus et multum freti.
Inter procellas excudit.
O prapotens virtus dei:
Virtus creatrix omnium:
Quæ turgidū quōdam mare
Gradiente Christo strauerat:
Ut terga calcans æquoris
Siccis mearet passibus
Platas nec vndis tingueret
Vasti viator gurgitis.
Hec ipsa virtus iusserat
Rubrum salum dehiscere:
Patēte dum profundo aridū
Secura plebs incesserit.
Necnon et ipsa nunc iubet
Seruire sancto corpori
Pontum quietis lapsibus
Aldcurua pronum littora.
Saxum molaris ponderis
Ut spuma candens innatat.
Tantiq; custos pignoris
Fiscelle fertur fluctibus.
Lernunt stupentes nauitæ
Vectam remenso marmore
Labi retrosum leniter
Vestu secundo et flamine.
Certant et ipsi concito
Pontum faselo scindere:
Longe sed artus præuolant
Telluris ad mollem sinum.

Peristephanon.

Prius relatos deniq;
Humus quæta suscipit:
Quia pulla summis misibus
Larina portum tangeret.
Fœlix amoeni littoris
Recessus ille. qui sacra
Fouens harenis viscera
Uicem sepulchri præbuit.
Dum cura sanctorum pia
Deflens adornat aggerem.
Lumuloq; corpus creditum
Uitæ reseruat posteræ.
Sed mox subactis hostibus
Jam pace iustis reddita
Altar quietem debitam
Præstat beatis ossibus.
Subiecta nam sacrario
Imamq; ad aram condita
Lœlestis auram muneris
Perfusa subter hauriunt.
Sic corpus ast ipsum dei
Sedes receptum continet
Cum machabæis fratribus
Secto Esaiæ proximum.
Simplex sed illis contingit
Corona poenarum. quibus
Finem malorum præstitit
Adortis supremus exitus.
Quid tale sector ausus est?
Truncata nunquid corporis
Segmenta post se rram feris
Obiecit aut vndis dedit?
Num Machabæi martyris
Linguam tyrannus erutam:

Humus quæta. idest vbi corpus requi-
escit in spe resurgēdi. sepultus namq; pu-
tatur a christianis qui aderant. San-
ctorum hominum. s. christianorum. Si-
te posteræ. idest ad diem iudicij quo reui-
eturi sunt omnes. Subactis hostibus.
idest postquam gentiles cesserunt christi-
anis et summa rerum omnium delata ē
ad nos. Altar. vt supra quoq; posuit p
altare. Hauriunt auram. idest fauores
celestem. non quod sprent viuentes ossa
sed quod integra manent conseruata dis-
uino munere. Sic corpus. subaudi ha-
betse. Ast ipsum. idest animam illius.
que est totū hominis esse vt philosophi
dicunt. Cum fratribus machabæis. q
pro lege domini passi sunt quemadmodū
scribitur libro machabæorum secundo.
Esaiæ secto. idest terra in duas partes di-
uiso. sic enim scribitur diem suis obuisse.
Simplex. quia machabæi simplici mor-
te necati sunt. et esaias quoq;. at vincen-
tius mille tormentorum generibus. Se-
ctor. idest qui terra esaiam secuit. Quid
tale? quale in vincendum. Machabæi
martyris. quo pacto hæc gesta sunt cap.
vi. secundi voluminis machabæoz legit.



His inclyte, scilicet in vita cum pateris
ris tormenta et post mortem iniectus ma-
ri. Latronem, idest violentum persecu-
tozem. Efficax orator, idest sufficiens qui
pro nobis oras, vel potius orator, i. patro-
nus qui causam nostram coram iudice de-
fendas. Per te, per particula est adiu-
randi. Vergilius, per os si qua est que re-
stat. Stipitem carceralem, idest cippum
illum ligneum. Fragmen testium, idest
lapillos illos testacoz. Per lectulum, se-
pulchrum dicitur in quo situs est. Imputet
quod non potest sine reprehensione fieri.
Sternimur, proscientes nos pronos in
tuis sepulchrum. Duc illabere, idest ad
nos descende.

Prudentij

Raptam ve pellem verticis
Quibus cruentis obtulit,
Tu solus o bis inclyte,
Solutus brabij duplicis
Palmam tulisti, tu duas
Simul parasti laureas,
In morte victor aspera
Lum deinde post mortem pari
Victor triumpho proteris
Solo latronem corpore.
Adesto nunc et percipe
Voces precantum supplices
Nostris reatus efficax
Orator ad thronum patris,
Per te, per illum carcerem
Honoris augmentum tui,
Per vincla, flamas, vngulas,
Per carceralem stipitem;
Per fragmen illud testium
Quo parta creuit gloria:
Per quem trementes posteris
Exosulamur lectulum:
Miserere nostrarum precum:
Placatus ut Christus suis
Inclinat aurem prosperam:
Moras nec omnes imputet,
Si rite solennem diem
Veneramur ore et pectore:
Si sub tuorum gaudio
Vestigiorum sternimur:
Paulisper hic in labere
Christi fauorem deferens,
Sensus grauati ut sentiant
Leuamen indulgentis.

Peristephanon.

Sic nulla iam restet mora
Quin excitatam nobilis
Carnem resumat spiritus
Virtute perfunctam pari.
Ut quæ laborum particeps
Commune discrimen tulit:
Sit et coheres glorie
Lunctis in æuum seculis.

Finis.

Ode in laudem beatissimorum mar-
tyrum Fructuosi episcopi ec-
clesiæ Terraconensis, et
Augurij, et Eulo-
gij diaconi.

Felix Terraco Fructose vestris
Attollit caput ignibus conuiscum
Leuitis geminis procul relucens,
Hispanos deus aspicit benignus:
Arcem quandoquidem potens iberam
Trino martyre trinitas coronat.
Ardens Augurius capellit æthram,
Nec non Eulogius simul supernum
Christi lucidus ad sedile tendit,
Dux et præuius et magister illis
Ad tantum decus ex episcopali
Clarus nomine Fructuosus ibat,
Accitus quia præsidis repente
Iussu venerat ad forum sacerdos
Leuitis comitantibus duobus,
Inde ad carcerem viros cathenam
Passus sanguine carnifer traherat,
Saudet currere Fructuosus ultro,
Ac nequis socios timor feriret:

Sic nulla iam. Sic particula est adiurantis et supra
diximus de per, ut sit sensus,
fac quod terrogam. Sic nul-
la mora restet: id est esto no-
bilibus spiritus tuus resumat
carnem excitatam quod fiet
in die ultimi iudicij perfun-
ctam pari virtute, i. veracis
tua pars exerceat comunes
operatioes, ut caro que par-
ticeps laboris ipassione fuit:
sit coheres glorie, i. simul
cum spiritu hys.

Fructuosi augurij et eulogij

H tres martyres ex ta-
rracone fuerant tarra-
conensis provincie civitate
metropoli, sed fructuosus ep-
iscopus reliqui duo leuitæ,
Carmen est quale illud, pa-
tris visceribus. Desiris igni-
bus, i. quia ex incendio mi-
grarunt ad dominum. Ar-
cem iberam, i. tarraconem
urbem hispanam. Ardens
ex igni conflagrans. Eulo-
gus, ex igni quoque. Ad tan-
tum decus, i. ad ignis mar-
tyrium. Præsidis iussu, i.
pmitant qui reddebat ius.
Carnifer passus sanguine,
quia eius officium est car-
nificare.

Prudentis

Eundo, i. inter eundum hoc ē dicitur. Calore, id est amore. Specum reorum, id est carcerem. Mysticum lauacrum, quia illic baptizabant venientes. Et purgamen aquę,

quia baptisima per sine ad animarum purgationem. Sru pent tenebre, mirabilibus que ibi fiebant. Tergemini nos fratres, egones felo an fuerit tergemini, i. eodem partu nati: sed forte appellat illos tergemini, nos, id est in christo fratres per baptisima regenerationis. Catasta, id est ipsa tormenta cum ipsi potius illa timere deberent. Imminebat, i. erat tormentorum autor. Nouum commentum genus, id est nouam sectam et cōmēticiam. Lucos, id est arbores alicui deo consecratas: qui mos gentibus frequens erat: ut etiam in sacris litteris saepe legitur. Vni le dogma, id est veterum religionem.

Gallieni, imperatoris romanorum anno, c. c. lxxviii. post christi natalem. Princesps, id est gallienus imperator. Hæc fanti, aemiliano loquenti. Principem dierum, potius legendum esset deorum, sed nihil mutō. Profatus, id est progenitum. Gregis pastor, quia episcopus erat ut diximus.

Præceptor vehemens eundo firmat:
Incenditq; fidem calore Christi.
Adecum state viri, vocat cruentus
Ad poenam coluber dei ministros.
Ne mors terreat, est parata palma.
Carcer Christicolis gradus coronæ est.
Carcer prouehit ad superna coeli.
Carcer conciliat deum beatis.
His dictis adeunt specum reorum.
Exercent ibi mysticum lauacrum
Et purgamen aquę, stupent tenebrę.
Sex hic continuis latent diebus.
Tandem stant trucidis ad tribunal hostis.
Fratres ter geminos tremunt catasta.
Iudex Emilianus imminebat.
Atrox, turbidus, insolens, profanus,
Tiras dæmonicas coli iubebat.
Tu qui doctor ait seris nouellum
Commenti genus: vt leues puellę
Lucos destituant, Jouem relinquunt.
Dammes si sapias amile dogma.
Iussum est Cæsaris ore Galliani:
Quod princeps colit hoc colamus omnes.
Hæc fanti placidus refert sacerdos:
Eleterium colo principem dierum
Factorem dominumq; Gallieni.
Et Christum patre profatum perenni:
Cuius sum famulus, gregisq; pastor.

Peristephanon.

Jam fuisti, id est non es nunc sed fuisti olim. Libandum poculum, quod solet fieri his qui trahuntur ad mortis poenam, quemadmodum et saluatori nostro est oblatum. Nonna hora, quia ieiunantes soliti erant cibum sumere, hoc est tertia post meridiem. Meum sacrum, i. ieiunium resoluat, id est violabit. Sitim peregit, id est protraxit: quanquam distulisset sitio. Hostida cauea, amphitheatrum dicitur in quo gladiatores concurrebant: et ferarum venationes representabantur et multi martyres excarnificati sunt.

Subridens ait ille, iam fuisti.
Nec differt furor: aut refrenat iram.
Sæuis destinat ignibus cremandos.
Eruant: prohibentq; flere vulgum.
Quosdam de populo videt sacerdos
Libandum sibi poculum offerentes.
Ieiunamus ait, recuso potum.
Nondum nona diem resignat hora.
Nunquam conuolabo ius dicatum.
Nec mors ipsa meum sacrum resoluat.
Sic Christus sitiens crucis sub hora
Oblatum sibi poculum recusans
Nec libare volens sitim peregit.
Intrant interea locum rotunda
Conclusum clauea: in adens ferarum
Abulto sanguine: quem furor frequentat:
Cum spectacula persirepunt cruenta.
Ac vilis gladiator ense duro
Percussus cadit, et fremit voluptas.
Hic flammante pyra niger minister
Ardens supplicium parare iussus
Construxit facibus rogam supremis.
Qui dum corpora concremenda soluit:
Feruentes animas amore lucis
Fracto carceris expediuit antro:
Lertant officijs pijs sodales.
Plantis calciamenta dissolutis
Promus detrahere studebat vnus.
Sed sanctus vetat: ora fructuosus
Inclinata premit, facessite inquit

vnus ex sodalibus illis. Promus pedibus aduolutis. Facessite, id est discedite.

Nonna hora, quia ieiunantes soliti erant cibum sumere, hoc est tertia post meridiem. Meum sacrum, i. ieiunium resoluat, id est violabit. Sitim peregit, id est protraxit: quanquam distulisset sitio. Hostida cauea, amphitheatrum dicitur in quo gladiatores concurrebant: et ferarum venationes representabantur et multi martyres excarnificati sunt.

Spectacula cruenta, i. gladiatorum voluptas fremit, i. spectatorum fauentium alterum ex gladiatoribus.

Niger minister, id est fumidus ex fuligine. Factus supremis, quia constructa pyra sine lignorum strue: tandem faces subdebantur. Qui dum dissoluit, ex carcere, fracto antro, id est corpore quod est animi carcer in quo detinetur inuitus. Sodales, amici martyrum.

Prudentij

Obsequela, idest ministerium. **Gravet**, i. graviozem et molestiozem faciat. **Pedes resoluam**, idest ex calciabo. **Vinclis**, i. calcis qui sunt quasi pedum vincula. **Velut moy ses Exhodi. iij.** Saeram cremationem idest rubum qui in census non cremabatur. **Ad stare deo**, idest accedere ad deum. **Vestigia pura**, i. calcis nu data, sic Juuenalis observant ubi festa mero pede sabbata reges. **Stabat calce mero**, idest nudo vt Juuenalis, dixit mero pede. **Spiritus**, idest angelus quispiam. **Et ferit loquelam**, idest aere verberato, pfer dicitur. **Tenuit puncto**, id est, brcui momento. **Rapit vitam**, id est, non aufert vitas sed reddit restituit q. **Fugiet**, quia per hos ignes fugient ignes aeternos gehennae. **Minantur**, cum eduerso ignes soleant cre mandis minari. **Mexus decidunt**, idest vincula. **Poenam**, i. vinculum manuum. **In mores crucis**, i. expansas eorum mores qui sunt affixi crucis.

Me nostram graveto bsequela mortem.
Atqui ipse meos pedes resoluam:
Me vestigia praepedita vinclis
Tardis gressibus in riant in ignem.
Cur lamenta rigant genas madentes?
Cur vestri memor vt siem rogatis?
Cunctis pro populis rogabo Christum.
Uix haec ediderat, relaxat ipse
Indumenta pedum: velut Moyses
Quondam fecerat ad rubum propinquans.
Non calcare sacram cremationem:
Aut ad stare deo prius licebat:
Quam vestigia pura figerentur.
Stabat calce mero, resultat ecce
Coelo spiritus et ferit loquelam
Quae cunctos tremefecit audientes.
Non est credite poena quam videtis:
Quae puncto tenui citata transit.
Nec vitam rapit illa: sed reformat.
Felices animae: quibus per ignem
Celsa scandere contigit tonantis:
Quas olim fugiet perennis ignis
Haec inter rapidis focos crepantes
Intrant passibus, et minantur ipsis
Flammaram trepitantibus caminis.
Mexus deniqz qui manus retrosus
In tergum reuocauerant reuinctas:
Intacta cute decidunt adusti.
Non ausa est cohibere poena palmas
In morem crucis ad patrem leuandas:

Peristephanon.

Soluit brachia: quae deum precentur.
Prisorum specimen trium putares:
Quos olim Babylonicum per ignem
Lantantes stupuit tremens tyrannus.
Illis sed pia flamma tum pepercit
Non dum tempore passionis apto:
Nec mortis decus incobante Christo.
Hos cum defugeret vaporus ardor:
Orant: vt celer ignis aduolaret:
Et finem daret antijs periclis.
Exorata suos obire tandem
Maiestas famulos iubet caducis
Millos corporibus: sibiqz reddi.
Vidit praesidis ex domo satellites
Coelum martyribus patere apertum:
Insignesqz viros per astra ferri.
Quin et filiola monens herili
Ostendit sceleris notam paterni
Coelo viuere: quos forum peremit.
Haec tum virginitas palam viuere
Per sudum meruit patente coelo:
Ut crimen domini domus timeret.
Tum de corporibus sacris fauilla:
Et perfusa mero leguntur ossa:
Quae raptum sibi quisqz vindicabat.
Fratrum tantus amor domum referre
Sanctorum cinerum dicata dona:
Aut gestare sinu fidele pignus.
Sed ne reliquias resuscitandas.
Et mox cum domino simul futuras
Discretis loca diuidant sepulchris:
Cernuntur niueis stolis amicti.
Mandant restitui: caucqz claudi
Adixim marmore puluerem sacrandum,

Trium, i. puerorum qui iussu Nabucodonosor immisi sunt in fornacem ignis ardentis. **Illis pepercit**, quia illi ex fornace sunt egressi. **hi vero passi sunt pro christi nomine: atqz ex igni consecuti sunt corpora**. **ardor vaporus**, idest vapor ardens. **aduolaret**, vt se velociter adiret. **Millos et corporibus**, i. solutos et expeditos. **Sibiqz reddi**, i. restitui sibiqz reddi. **qz dicitur anima esse in corpore non est sui factis**. ergo cum enadi ex corpore restituitur sibiqz reddi. **Satelles**, i. vnus ex ministris praesidis. **Filiola herili**, i. domini sui. **Notas sceleris**, i. crimine et infamiam patris. **hoc est ipsos martyres**. **Forum**, i. apothecarum ubi sunt co cremati. **Virginitas**, i. filia praesidis. **ergo**. **Per sudum**, i. p. serenum. **ergo**, p. sudum rutulare vident. **Fauille**, i. cineres. **Perfusa mero**, na mortuorum cineres vino constituerunt spargi. **Herillus**, vi. est. reliquias vino et bibulas lauere fauillas. **Discretis sepulchris**, i. diuersis locis distribuere. **Martyr quod in sepulchrorum monumentis saepe legitur** martyris cineribus.

AD

Mostrare vrbis. non qd
tarraco sit patria punde
tis s; nostrā vocat: q; hi
span°. Eminens cunctis
quippe aqua ē cognos-
minata puincia tarraco-
conēis terrar pyrenea-
rum. i. adiacentiū mon-
tib; pyreneis. Anicla
per syncope pro anicu-
la. sicut pericli et sceli
p periculū et scē. Mre-
tis modis. i. cantib; mo-
dulatis. Parib; i mar-
tyrio. Pares camoe-
nas. i. hymnos ut sit me-
solymia cum pontinus
deū presides pro re cur-
est pces. In arca. i. in
vrbe. Murmur litoreis
resultās ex hymnoz cō-
centu. Freta feriata. i.
maria festū diē agētia.
nā feris s; vides festū Te-
gēs ab igni. i. die. f. iudi-
cū pces te. Reuoluēs
i. repetēs mēorās. En-
decasyllabos. q; hi s;
vri picipis dixim; phalenti sūt vndeci
syllabarum.

Quirini episcopi et martyris
I nsignem meritū. Quis est glycon
eius cōstans spō. Ico. chonambo. et pyr-
ichio. sūt autē hic marty; ex siscia vrbe
pannonie superioris vt scribit Ptolome-
et Strabo. libro. vii. Insignē. Ordo est
moenia vrbis siscie sonent complexu pa-
trio Quirinum insignem meritū virum.
martyrē sibi concessum. i. ipsi vrbi. Illy-
ricos sinus. i. qui pccerat illyric; que est
conterrima pannonic. et est sumptum ex
Uerzitho pti. cū. illyricos penetrare sinus
Perq; tam. i. per mētem.

Prudentij

Triplex honor. o triforime culmen:
Quo nostræ caput excitatur vrbis:
Lunctis vrbibus eminens iberis.
Exultare tribus libet patronis:
Quorum præsidio fouemur omnes
Terrarum populi pyrenearum.
Circumstet chorus ex vtroq; sexu
Heros. virgo. puer. senex. anicla.
Uestrum psallite rite fructuosum.
Laudans Augurium resultet hymnus
Mistis Eulogium modis coequans.
Reddamus paribus pares camoenas.
Hinc aurata sonent in arce tecta.
Blandum littoris extet inde murmur.
Et carmen freta feriata pangant.
Olim tempus erit ruente mundo:
Cum te Tarraco fructuosus acri
Soluēt supplicio tegens ab igni.
Fors dignabitur et meis medelam
Tormentis dare prosperante Christo:
Dulces endecasyllabos reuoluens.

Ode in laudē Quirini martyris
Episcopi ecclesie Siscianæ.

I nsignem meritū virum
Quirinum placitum deo
Urbis moenia Siscie
Concessum sibi martyrem.
Complexu patrio fouent.
Hic sub Valerio duce
Qui tunc illyricos sinus
Urgebat dittonibus:
Ferunt catholica in fidem
Inlustrasse per exitum.

Peristephanon.

Non illum gladij rigor.
Non incendia. non fere
Crudeli interitu necant:
Sed lymphis fluuiatibus
Burges dum rapit: abluir.
Nil refert vitreo æquore:
An de flumine sanguinis
Linguat passio martyrem.
Neq; gloria prouenit
Fluctu quolibet vuida.
Summo pontis ab ardui.
Sanctæ plebis episcopus
In præceptis fluuii datur
Suspendum laqueo gerens
Fugentis lapidem mola.
Deiectum placidissimo
Amnis vertice suscipit:
Nec mergi patitur sibi
Adris vasta naratibus
Saxi pondera sustinens.
Spectant eminus e solo
Doctorem pauidi greges.
Nā Christi populus frequēs
Riparum sinuamina
Stipato agmine seplerat.
Sed quirinus vt eminus
Os circumtulit heu suo
Exemplo trepidos videt
Nil ipse propriis memor
Inter stagna periculi.
Confirmat pia pectora
Urbis mirificis rogans:
Ne quem talia terreant.
Deu constans titubet fides.

Abluit q; in aqua extict; affecit; est qd
alii martyres sanguinis effusione. ideo
subdit nil refert vitreo æquore. Fructus
quolibet vuida. vel fluminis vel sangui-
nis. Summo pontis. incipit narrare
quo pacto gestum est hoc. Summo pō-
tis. i. a summitate pontis ardui. In præ-
ceptis. id est in præcipitum. Nec patitur
mergi sibi. i. vt in se mergatur e solo. i. ex
ripa fluminis. Sinuamina riparum.
id est ripas sinuosas et obliquas. Suis ex-
emplo trepidos. i. timentes ne ipsi quoq;
codem modo traherentur ad moctem.



Prudentij
Terga amnis. idest superficies fluminis. Fluitantibus vadis. idest corrente flumine. Nec subtracta profunditas. idest flumen profundum subiecti. Deshisecere. idest aperiri et cedere. Gloria in solita. quia non est nouum quod super aequora ambulaueris. quodq; iordanem conuerteris retrorsum. Subiecisse salis solo. idest fecisse mare stabile in quo posset ingredi quasi i solo. Iordanem quoq; nouimus. de quo lege volumus Josue. Et modo suspendar. idest suspensus trahar. Traham scopulum. idest lapidem collo appensum. Plenus titulus. idest gloria. His nomina prodita. idest manifestata. Quam gentilis stupor habet. idest stupet et miratur.

Aut poenam putet emori.
Dicentem fluitantibus
Amnis terga vehit vadis.
Nec substrata profunditas
Saxoq; et laqueo et viro
Audet sponte dehiscere.
Sensit martyr episcopus
Jam partam sibi praeipi
Palmam mortis et exitus:
Ascensumq; negarier
Aeterni ad solium patris.
Iesu cunctipotens ait:
Haud quaquam tibi gloria
Haec est insolita aut noua:
Calcare fremitum maris:
Prona et flumina sistere.
Scimus discipulum Petrus:
Cum vestigia tingueret
Abortali trepidus pedes:
Dextrae subsidio tuae
Subiecisse salum solo.
Iordanem quoq; nouimus
Lortis vorticibus vagum:
Dum fertur rapido impetu:
Ad fontem refluus retro
Confugisse meatibus.
Haec miracula sunt tuae
Virtutis domine: vt modo
Suspendar leue praenatans
Summo gurgite fluminis
Cum collo scopulum traham.
Jam plenus titulus tui est:
Et vis prodita nominis:
Quam gentilis habet stupor.

Peristephanon.
Absoluas precor optime
Huius nunc animae moras.
Quid possis: probat amnicus
Qui vectat silicem liquor.
Hoc iam quod superest cedo:
Quo nil est pretiosius
Pro te Chaste deus mori.
Orantem simul halitus
Et vox deserit. et calor
Scandit spiritus ardua.
Fit pondus graue saxum.
Corpus suscipiunt aquae.

Sit pondus graue. quod fuit antea leue.

Passio Cassiani Martyris

Sylla statuit Cornelius. hoc itali urbem
Uocant ab ipso conditoris nomine.
Dic mihi cum peterem te reru maxima Roma:
Spes est oborta prosperum Christum fore.
Stratus humi tumulo aduoluebar: quem sacer ornat
Martyr dicato Cassianus corpore.
Dum lacrymans mecum reputo mea vulnera: et omnes
Uitae labores. ac dolorum acumina:
Erexi ad coelum faciem. stetit obuia contra
Fucis colorum picta imago martyris
Plagas mille gerens. totos lacerata per artus.
Ruptam minutis praefrens punctis cutem.
Innumerari circum pueri miserabile visu
Confossa paruis membra figebant stillis:
Unde pugillares soliti praecurrere ceras
Scholare murmur adnotantes scripserant.
Aedituus consultus ait. quod prospicis hospes
Non est inanis aut anilis fabula.
Historiam pictura refert: quae tradita libris
Ueram vetusti temporis monstrat fidem.

Prudentis

Præfuerat studijs puerilibus: et grege multo
Septus magister litterarum federat.
Verba notis breuibus comprehendere cuncta peritus
Raptimq; punctis dicta præpetibus sequi.
Aspera nonnunquam præcepta. et tristia iussa
Impube vulgus mouerant ira et metu.
Doctor amatus enim discenti semper Ephebo:
Nec dulcis vlli disciplina infantie est.
Ecce fidem quatiens tempestas seu a premebat
Plebem dicatam christianæ gloriæ.
Extrahitur coetu e medio moderator alumni
Bregis: q; aris supplicare spreuerat.
Poënarum artifici querenti quod genus artis
Vir nosset alto tam rebellis spiritu:
Respondent agmen tenerum. ac puerile gubernat
Fictis notare verba signis imbuens.
Ducite conclamat captiuum ducite: et vltro
Donetur ipsis verberator paruulis.
Et libet inludant. lacerent impune. manusq;
Linguant magistri feriatas sanguine.
Ludum discipulis volupe est: vt præbeat ipse
Doctor seuerus: quos minis coercuit.
Cincitur post terga manus spoliatus amictu.
Adest acutis agmen armatum stilis.
Quantum quisq; odij tacita conceperat ira:
Effudit ardens felle tantum libero.
Coniiciunt alij lapides: inq; ora tabellas
Frangunt. relisa fronte lignum dissilit.
Bura crepant cerata genis in pacta cruentis:
Rubetq; ab ictu curta tumens pagina.
Inde alij stimulos et acumina ferrea vibrant:
Qua parte aratis cera sulcis scribitur.
Et qua secti apices abolentur: et æquoris hirti
Rursus nitescens innovatur arena.

Peristephanon.

Hinc foditur Christi confessor: et inde secatur.
Pars victus intrat molle. pars scindit cutem.
Omnia membra manus pariter fixere cruentæ:
Totidemq; guttæ vulnerum stillant simul.
Maio: tortor erat: qui summa pupugerat infans:
Quam qui profunda perforarat viscera.
Ille leuis: quoniam percussor morte negata
Scuire solis scit dolorum spiculis.
Hic quanto interius vitalia condita pulsat:
Plus dat medelæ dum necem prope applicat.
Este precor fortes: et vindicite viribus annos.
Quod deficit æuo suppleat crudelitas.
Sed male conatus tener infirmusq; laborat.
Tormenta crescunt dum fatiscit carnis ex.
Quid gemis exclamat quidam: tute ipse magister
Istud dedisti ferrum: et armasti manus.
Reddimus ecce tibi nunc millia multa notarum:
Quæ stando. flendo te docente excepimus.
Non potes irasci q; scribimus. ipse iubebas:
Nunquam quietum dextera vt ferret stilum.
Non petimus toties te præceptore negatas
Auares doctor iam scholarum ferias.
Pungere puncta liber: sulcisq; interere sulcos.
Flexas cathenis impedire virgulas.
Emendes licet inspectos longo ordine versus:
Mendosa forte siquid errauit manus.
Exerce imperium. ius est tibi plectere culpam:
Si quis tuorum te notauit segnius.
Talia ludebant pueri per membra magistri.
Nec longa fessum poena soluebat virum.
Tandem luctantis miseratus ab æthere Christus
Iubet resolui pectoris ligamina.
Difficilesq; moras animæ ac retinacula vitæ
Relaxat artus. et latebras expedit.
Sanguis ab interno venarum fonte patentes



Prudentis.

Vias secutus deserit præcordia.
Totq; foraminibus penetrati corporis exit
Fibrarum anhelans ille vitalis calor.
Hæc sunt quæ liquidis expressa coloribus hospes
Adiraris, ista est Cassiani gloria.
Suggere si quod habes iustum vel amabile votum:
Spes si qua tibi est: si quid intus æstuas:
Audit crede preces martyr prosperrimus omnes.
Ratas que reddit: quas videt probabiles.
Pareo, complector tumulum, lacrymas quoque fundo,
Altar tepefcit ore, saxum pectore.
Tunc arcana mei percenseo cuncta laboris.
Tunc quod petebam: quod timebam murmuro.
Et post terga domum dubia sub sorte relictam,
Et spem futuri forte nutantem boni.
Audior, urbem adeo, dextris successibus vroz,
Domum reuertor: Cassianum prædico.

Passio Hippolyti martyris ad
Valerianum episcopum.

In numeros cineres sanctorum Roma in vrbe
Uidimus o Christi Valeriane sacer.
Incisos tumulis titulos, et singula quaris
Nomina: difficile est: vt replicare queam.
Tantos iustorum populos furor impius hausit:
Cum coleret patrios Troia Roma Deos.
Plurima litterulis signata sepulchra loquuntur
Martyris aut nomen: aut epigramma aliquod,
Sunt et mura tamen tacita claudencia tumbas
Marmoræ: quæ solum significant numerum.
Quanta virum iaceant congestis corpora aceruis
Mosse licet: quorum nomina nulla legas.
Sexaginta illic defossas mole sub vna
Reliquas memini me didicisse hominum.
Quorum solus habet comperta vocabula Christus:

Peristephanon.

Ut pote quos proprie iunxit amicitia.
Hæc dum lustro oculis: et sic vbi forte latentes
Rerum apices veterum per monumenta sequor:
Inuenio Hippolytum: qui quondam schisma Houari:
Presbyter attigerat nostra sequenda negans:
Usq; ad martyrii prouectum insigne tulisse
Lucida sanguinei præmia supplicij
Nec mirere senem peruersi dogmatis olim
Munere ditatum catholice fidei.
Cum iam vesano victor raperetur ab hoste
Exultante anima carnis ad exitium:
Plebis amore suæ multis comitantibus ibat:
Consultus quæ nam secta foret melior.
Respondit fugite o miseri execranda Houati
Schismata: catholicis reddite vos populis.
Vna fides vigeat: prisco quæ condita templo est:
Quam Paulus retinet: quamq; cathedra Petri:
Quæ docuit: docuisse piget, venerabile martyr
Lerno: quod a cultu rebar abesse dei.
His vbi detorsit leuo de tramite plebem:
Monstravitq; sequi: qua via dextra vocat:
Seq; ducem recti spretis amfractibus idem
Præbuit: erroris qui prius author erat:
Sistitur insano rectori christicolæ tunc
Ostia vexanti per tyberina viros.
Illo namq; die: Roma secesserat: ipsos
Peste suburbanos vt quateret populos:
Non contentus humum celsa intra moenia Romæ
Linguere iustorum cædibus assiduis.
Faniculum cum iam madidum, fora, rostra, suburram,
Lerneret eluuiæ sanguinis affluere.
Protulerat rabiem t yrreni ad littoris oram:
Quæq; æquoreus proxima portus habet.
Inter carnifices et constipata sedebat.



Prudentis

Officia exstructo celsior in solio.
Discipulos fidei detestandiꝫ rebelles
Idolij ardebat dedere perfidia.
Larceꝝo crinita situ stare agmina contra
Fusserat horrendis excruciana modis.
Inde catenarum tractus: hinc lozea flagra
Stridere: virgarum concrepitare fragor.
Ungula fixa cauis costarum cratibus altos
Pandere secessus: et lacerare iecur.
Ac iam lassatis iudex tortoribus ibat
In furias cassa cognitione fremens:
Nullus enim christi famulis per tanta repertus
Supplicia auderet: qui vitare animam:
Inde furens quæstor ait. iam tortor ab vno
Desinc. si vana est quæstio: morte agito.
Huic abscinde caput. crux istum tollat in auras:
Uiuentesq; oculos offerat altibus.
Hos cape præcipites: et vinctos conijce in ignem.
Sit pyra: quæ multos deuoret vna reos.
En tibi quos properes rimose imponere cumbæ:
Pellere et in medijs stagna profunda freti.
Quos vbi susceptos rapidû malesuta per æquor
Clererit: et tumidis casa labarit aquis:
Dissociata putrem latent tabulata carinam:
Conceptumq; bibant vndiq; naufragium.
Squamea coenoso prestabit ventre sepulchrum
Belua consumptis cruda cadaueribus.
Hæc persultanti celsum subito ante tribunal
Offertur senior nexibus implicitus.
Stipati circum iuvenes clamore ferebant
Ipsum christicolis esse caput populis.
Si foret extinctum propere caput: omnia vulgi
Pectora Romanis sponte sacrandæ deis.
Insoluitum loeti poscunt genus: et noua poena
Inuenta: exemplo quo trepident alij.

Peristephanon.

Ille supinata residens ceruice quis inquit
Dicitur: affirmant dicier Hippolytum.
Ergo sit Hippolitus. quatiat: turbetq; iugales.
Intereatq; feris dilaceretur equis.
Vir hæc ille. duo cogunt animalia freni
Ignara insueto subdere colla iugo.
Non stabulis blandive manu palpata magistri:
Imperiumq; equitis ante subacta pati:
Sed campestre vago nuper pecus e grege capti.
Quod pauor indomito corde ferinus agit.
Iamq; reluctantes sociarant vincula bigas:
Draꝫ discordi foedere nexuerant:
Lemonis vice funis inest: qui terga duorum
Diuidit: et medius tangit vtrunq; latus.
Deꝫ iugo in longum se post vestigia retro
Protendens trahitur: transit et ima pedum.
Huic ad extremum sequitur qua puluere sumo
Cornipedum refugas orbita trita vias:
Crura viri innectit laqueus: nodoq; tenaci
Astringit plantas: atq; rudente ligat.
Postquam composito satis instruxere paratu
Ad martyris ad poenam verbera. vincla. feras:
Instigant subitis clamoribus atq; flagellis:
Fliaq; infestus perfodiunt stimulis.
Ultima vox audita senis venerabilis hæc est.
Hi rapiunt artus: tu rape Christe animam.
Prorumpunt alacres: cæcoq; errore feruntur.
Qua sonus atq; tremor: qua furoꝝ exagitant.
Incendit feritas. rapit impetus. et fragor vrget.
Nec cursus volucer mobile sentit onus.
Per syluas per sara ruunt. non ripa retardat
Fluminis: aut torrens oppositus cohibet.
Prosternunt sepes: et cuncta obstacula rumpunt.
Præona. fragosa petunt. ardua transiliunt.
Scussa minutatim labefacto corpore frustra



Prudentis

Carpit spinigeris stirpibus hirtus ager.
Pars summis pendet scopulis, pars sentibus hæret
Parte rubent fundes, parte madescit humus.
Exemplar sceleris paries habet illitus: in quo
Multicolor fucus digerit omne nefas.
Picta super tumulum species liquidis viget umbris
Effigians tracti membra cruenta viri.
Rorantes saxorum apices vidi Optime papa:
Purpureasq; notas vepribus impositas.
Docta manus virides imitando effingere dumos.
Luserat: et minio ruffeolam sanie.
Lernere erat ruptis cõpagibus ordine nullo
Membra per incertos sparsa iacere situs.
Addiderat caros gressu lachrymisq; sequentes:
Deuia quo fractum semita monstrat iter
Proerore attoniti atq; oculis rimantibus ibant:
Implebantq; sinus visceribus laceris.
Ille caput niueum complectitur: ac reuerendam
Lanicem moli confouet in gremio.
Hic humeros, truncasq; manus, z brachia, vt vlnas
Et genua, et crurum fragmina nuda legit.
Palliolis etiam bibulæ siccantur harenæ:
Ne quis in intecto puluere ros maneat.
Si quis z in sudibus recalenti aspergine sanguis
Inridet: hunc omnem spongia pressa rapit.
Nec iam densa sacro quicquam de corpore sylua
Obtrinet: aut plenis fraudat ab exequiis.
Cumq; recensitis constaret partibus ille:
Corporis integri qui fuerat numerus.
Nec purgata aliquid deberent auia toto
Ex homine extersis frondibus et scopulis.
Metando eligitur tumulo locus, ostia linquant.
Roma placet: sanctos quæ teneat cineres.
Haud procul extremo ad culta pomeria vallo
Pars latebrosæ crypta patet foueis.

Peristephanon.

Huius in occultum gradibus via prona reflexis
Fre per anfractus luce latente docet.
Primas nanq; fores summo tenus intrat hiatus:
Illustratq; dies limina vestibuli.
Inde vbi progressu facili nigrescere visa est
Nox obscura loci per specus ambiguum:
Decurrunt celsis inmensa foramina tectis.
Quæ iaciunt claros antra super radios.
Quamlibet ancipites terant hinc inde recessus
Arta sub ymbrosis atria porticibus:
Altamen excisi subter caua viscera montis
Crebra terebrato fornice lux penetrat.
Sic datur absentis per subterranea solis
Lernere fulgorem: luminibusq; frui.
Talibus Hippolyti corpus mandatur opertis:
Propter vbi opposita est ara dicata deo.
Illa sacramenti donatrix mensa: eademq;
Custos fida sui martyris apposita
Seruat ad ætatem spem vindicis ossa sepulchro:
Pascit item sanctis thybricolæ dapibus.
Mira loci pietas et prompta precantibus ara
Spes hominum placida prosperitate iuuat.
Hic corruptelis animiq; et corporis æger
Orari quoties stratus: opem merui.
Quod lætor reditu: quod te venerande sacerdos
Complecti licitum est: scribo quod hæc eadem:
Hippolyto scio me debere, deus cui Christus
Possit dedit: quod quis postulet annuere.
Ipsa illas animæ exuias: quæ continet intus
Aedicula: argento fulgurat ex solido.
Præfixit tabulas diues manus æquoze læui
Ludentes: recauum quale nitet speculum.
Nec parijs contenta aditus obducere saxi
Addidit ornando clara talenta operi.
Adane salutatum concurritur, omnis adorat



Peristephanon.

Pubis. eunt. redeunt solis ad usq; obitum.
Conglobat in cuneum latios simul ac peregrinos
Permistim populos religionis amor.
Oicula perspicuo figunt impressa metallo.
Balsama diffundunt. fletibus ora rigant.
Jam cum se renouat decursus mensibus annus:
Natalemq; diem passio festa refert:
Quanta putas studijs certantibus agmina cogi:
Quæve celebrando vota coire deo?
Urbs augusta suos vomit: effunditq; quirites.
Una et patricios ambitione pari.
Confundit plebeia phalanx ymbonibus æquis
Discrimen procerum præcipitante fide.
Hæc minus albanis acies se candida portis
Explicat: et longis ducitur ordinibus.
Exultant fremitus variarum hinc inde viarum.
Indigena. et Idicens. plebs et Etrusca venit.
Concurrit Samnitis atrox habitator: et alta
Campanus Capuæ. iamq; Molanus adest.
Quisq; sim lætis cum coniuge dulcibus et cum
Pignoribus rapidum carpere gestit iter.
Elic capiunt patuli populorum gaudia campi.
Hæret et in magnis densa cohors spatij:
Angustum tantis illud specus esse cateruis
Haud dubium est: ampla fauce licet pateat.
Stat sed iuxta illud quod tanta frequentia templi
Tunc ardeat cultu nobile regifico:
Parietibus celsum sublimis. atq; superba
Maestate potens. muneribusq; opulens.
Ordo colunarum geminus laquearia tecti
Sustinet auratis suppositus trabibus.
Adduntur graciles tecto breuiore recessus:
Qui laterum seriem iugiter exsinuent.
At medios aperit tractus via latior alti
Culminis exurgens editiore apice.
Fronte sub aduersa gradibus sublimi tribu nat

Prudentis

Tollitur: antistes prædicat vnde deum.
Plena laborantes ægre domus accipit vndas:
Artaq; confertis æstuat in foribus.
Maternum pandens gremium quo condat alumnos:
Et foueat foetos accumulata sinus.
Si bene commemini: colit hunc pulcherrima Roma
Idibus augusti mensis: vt ipsa vocat:
Prisco more diem: quem te quoq; sancte magister
Annua festa inter dinumerare velim.
Crede salutigeros feret hic venerantibus ortus
Lucis honorata præmia restituens.
Inter solennes Lypriani vel Chelidoni.
Eulaliæq; dies currat et iste tibi:
Sic te pro populo cuius tibi tradita vita est
Orantem Christus audiat omnipotens.
Sic tibi de pleno lupus excludatur ouili.
Aagna nec vlla tuum capta gregem minuat.
Sic me gramineo remanentem denique campo
Sedulul agrotam pastor ouem referas.
Sic cum lacteolis caulas compleueris agnis:
Raptus et ipse sacro sis comes Hippolyto.

Passio beatorum apostolorum
Petri et Pauli.

Quis solito coeunt ad gaudia: dic amice quid sit.
Romam per omnem cursitant. ouantq;
Festus apostolici nobis redit hic dies triumphi
Pauli atque Petri nobilis cruore.
Unus vtrunque dies pleno tamen innouatus anno
Elicit superba morte laureatum.
Scit Tyberina palus: quæ flumine labitur propinquo
Binis dicatum cespitem trophæis:
Et crucis et gladij testis. quibus inrigans eandem
Bis fluxit imber sanguinis per herbas.
Prima Petrum rapuit sententia legibus Meronis
Pendere iussum præm inente ligno.

Laure lege



Prudentij

Ille tamen veritus celsæ decus æmulando mortis.
Ambire tanti gloriam magistri:
Ergit: vt pedibus mensum caput imprimat supinis:
Quo spectet inum stipitem cerebro.
Figitur ergo manus subter sola versus in cacumen
Hoc mente maior: quo minor figura.
Flouerat et humili coelum citius solere adiri.
Defecit ora spiritum daturus.
Ut teres orbis iter flexi rota percucurrat anni:
Diemq; eundem Sol reduxit ortus:
Euomit in iugulum Pauli Nero feruidus furores:
Iubet ferri gentium magistrum.
Ipse prius sibi finem cito dixerat futurum.
Ad Christum eundum est. iam resoluor inquit.
Nec mora protrahitur. poenæ datur. imolatur ense.
Non hora vatem: non dies sefellit.
Diuidit ossa diuum Tybris sacer ex vtraq; ripa:
Inter sacrata dum fluit sepulchra.
Dextra Petrum regio tectis tenet aureis receptus
Canens oliua et murmurans fluente.
Manq; supercilio saxi liquor ortus excitauit
Fontem perennem chrisimatis seracem.
Hunc preciosa ruit per murmura: lubricatq; cliuum
Donec viuenti fluctu et Colymbo
Interior tumuli pars est vbi lapsibus sonorâ:
Stagnum niuali voluitur profundo.
Omnicolor vitreas pictura superne tinguit vndas.
Abusci relucet. et virescit aurum.
Lyaneusq; latex vmbra trahit imminentis ostrî.
Credas moueri fluctibus lacunar.
Pastor oues alit: ipse illic gelidi rigore fontis
Uidit sitire quas fluente Christi.
Parte alia Pauli titulum via seruat ostiensis:
Qua stringit amnis cespitem sinistrum.

Peristephanon.

Regia pompa loci est. princeps bonus has sacrauit arces:
Lusitq; magnis ambitum talentis.
Bracteolas trabibus subleuit: vt omnis aurolenta
Lux esset intus ceu iubar sub ortu.
Subdidit et parias fuluis laquearibus columnas:
Distinguit illic quas quatenus ordo.
Tum Lamyros hyalo insigni variæ cucurrit arcus.
Sic prata vernis floribus renident.
Ecce duas fidei summo patre conferente dotes
Urbi colendas quas dedit rogata:
Aspice per bifidas plebs romula funditus plateas
Lux in duobus feruet vna festis.
Nos ad vtrumq; tamē gressu properemus incitato:
Et his et illis perfruamur hymnis.
Ibimus vltimus qua fert via pontis hadriani:
Leuam deinde fluminis petemus.
Transyberina prius soluit sacra peruigil sacerdos:
Ador hic recurrit: duplicatq; vota.
Hæc didicisse sat est Romæ tibi. tu domum reuersus
Diem bis festum sic colas memento.

Passio Lypriani martyris.

Unica terra tulit: quo splēdeat omne quicquid vsquā est.
Inde domo Lyprianum. sed decus orbis et magistrum.
Est proprius patriæ martyri: sed amore et ore noster.
Incubat in Lybia sanguis: sed vbiq; lingua pollet.
Sola superstes agit de corpore: sola obire nescit:
Dum genus esse hominū Christus sinet: et vigere mundum:
Dum liber vllus erit: dum scrimia sacra litterarum:
Te leget omnis amans Christum: tua Lypriane discet.
Spiritus ille dei: qui fluxerat auctor in propheta
Fontibus eloquij: te coelitus auctus intigauit.
O niue candidius linguæ genus. o nouum saporem.
O liquor ambrosius. cor mingat. imbuit palatum.
Sedem animæ penetrat. mentem fouet. et pererrat artus.

Prudentis.

Sic deus interior sentitur: et inditur medullis.
Unde bonum subitum terris dederis pater reucla.
Deerat apostolicis scriptis opulentus executor:
Fligitur locuples facundia quæ doceret orbem:
Quæq; voluminibus pauli famulata disputaret:
Quo magis cruda hominum præcordia perpolita nosset
Sive timoris opus: seu mystica vel profunda Christi.
Unus erat inuenum doctissimus artibus sinistris
Fraude pudicitiam perfringere: nil sacrum putare
Sæpe etiam magicum cantamen inire per sepulchra:
Quo geniale tori iussu lueret æstuante iupta.
Luxuriæ rabiem tantæ cohibet repente Christus.
Discutit et tenebras de pectore. pellit et furorem.
Implet amore sui. dat credere. dat pudere facti.
Jamq; figura alia est: quamq; fuit oris et nitoris.
Exiit tenui vultus cute. transit in seueram.
Deslua cæsaries compescitur ad breues capillos.
Ipse modesta loqui. spem quarere. regulam tenere.
Viuere iustitia Christi. et penetrare dogma nostrum.
His igitur meritis dignissimus usq; episcopale
Prouehitur solum doctor. capit et sedile summum.
Valerianus opum princeps erat: atq; Valienus.
Constituere simul poena capitis dominum fatenti.
Nulla terrigenum spurcissima iusserant sacrari.
Contra animos populi doctor Lyprianus incitabat:
Ne quis ab egregiæ virtutis honore discreparet:
Neu fidei pretium qui sumere degener timeret.
Esse leuem cruciatum si modo conferas futura:
Que deus ipse viris intermina fortibus spopodit.
Perce doloris emi spem luminis: et diez perennem.
Omne malum volucris tempore transuolare cursum.
Nil graue quod peragi finis facit: et quiete donat.
Se fore principium pulchræ necis et ducem cruoris.
Seq; caput gladio submittere sanguinem dicare.
Quis sociare animam Christo velit: ut comes sequat.

Peristephanon.

His vbi corda virum Christo calefacta præparauit:
Ducitur ante alios proconsule perfurente vinctus.
Antra latent tyriæ Carthaginis additis reposita
Conscia tartaræ caliginis abdicata soli.
Clausus in his specubus sanctus Lyprianus et catena
Nexus vtrâq; manû nomen patris inuocat supremi.
Omnipotens genitor. Christi decus et creator orbis
Christe parens hominis: quæ diligis: et vetas perire:
Ille ego vipereis quæ tu bonus oblitum venenis
Criminibus varijs tinctum miseratus abluisti:
Jamq; tuum fieri mandas: fido Lyprianus alter.
At nouus ex veteri nec iam reus aut nocens ut ante:
Si luteum facili charismate pectus expiasti:
Esse libens tenebris ergastula cæca dissipatis:
Eripe corporeo de carcere vinculisq; mundi
Hanc animam. liceat fuso tibi sanguine immolari:
Ne qua ferum reprimat clementia iudicem tyranni:
Deu sciat inuidia mitescere gloriam negare.
Da quoq; ne quis iners sit de grege: quæ tuâ regebatur
Ne cadat impatiens poenæ: titubetq; quis tuorum:
Incolumen ve numerum reddat tibi: debitumq; soluat.
Vocibus his dominum permouerat. influebat inde
Spiritus in populum Carthaginis: auctor acrioris
Ingenij stimulus ut pectora subditis calerent
Ad decus egregium discrimine sanguinis petendus
Non trepidare docens. nec cedere. nec dolore vinci.
Laudis amore rapi: christum sapere: et fidem tueri.
Fama refert foueam campi in medio patere iussam
Calce vaporifera summos prope margines refertas
Saxa recosta vomunt ignem: inueusq; puluis ardet
Urere tacta potens: et mortifer ex odore flatus
Appositam memorant aram fouea stetisse summa
Rege sub hac: falsis aut micam secur et suis litarent
Christicola: aut mediæ sponte ruerent in ima fossæ.
Prosiluerunt alacres cursu rapido simul trecenti

Prudentis

Eurgite puluere merfos liquor aridus vorauit:
Præcipitemq; globum fundo tenus implicauit imo.
Corpora candor habet. candor uehit ad superna mentes.
Candida massa dehinc dici meruit per omne sæclum.
Latior interea iam Thascius ob diem suorum
Sistitur indomiti proconsulis eminus furori.
Dogmatis atq; loci iussus genus edere Christiano inquit
Trado salutiferi mysteria consecrata Christi.
Ille sub hæc. satis est iam criminis. ipse confitetur
Thascius. ipse Iouis fulmen negat. expedit ferrum
Carnifices. gladio poenam luat hostis idolorum.
Ille deo meritas grates agit: et canit triumphans.
Fleuit abire virum moesta Africa: quo docente facta est
Cultior eloquio. cuius sibi docta gloriatur.
Mox tumulum lacrymans struxit: cineresq; consecrauit.
Desine flere bonum tantum. tenet ille regna coeli:
Nec minus inuolitat terris. nec ab hoc recedit orbe.
Dissert. eloquitur. tractat. docet. instruit. prophetat.
Nec Lybiae populus tantum regit eritusq; in ortum
Solis et vsq; obitum: gallos fouet. imbuit britannos.
Præsidet hesperis. Christum serit vltimis iberis.
Deniq; doctor humi est: idem quoq; martyr in supernis.
Instruit hic homines: illic pia dona dat patronus.

Passio Agnetis martyris.

Agnes sepulchrum est Romuli in domo
Fortis puellæ martyris in clytæ.
Conspectu in ipso condita turrium
Seruat salutem virgo quiritorium:
Nec non et ipsos protegit aduenas
Puro ac fideli pectore supplices.
Duplex corona est prestita martyri.
Intactum ab omni crimine virginale
Mortis deinde gloria libera.
Aliunt iugali vix habilem toro

Peristephanon.

Præmis in annis forte puellulam
Christo calentem foriter impijs
Iussis renisam: quo minus idolis
Addicta sacram desereret fidem.
Tentata multis nam prius artibus
Nunc ore blandi iudicis illice:
Nunc scruentis carnificis minis
Stabat feroci robore pertinax.
Corpusq; duris excruciatibus
Ultro offerebat non renuens mori.
Tum trux tyrannus si facile est ait
Poenam subactis ferre doloribus:
Et vita vilis spernitur: at pudor
Larus dicatæ virginitatis est:
Hanc in lupanar trudere publicum
Certum est: ad aram ni caput adplicat:
Ac de minerua iam veniam rogat:
Quam virgo pergit temnere virginem.
Omnis iuuentus inruit: et nouum
Ludibriorum mancipium petit.
Haud inquit Agnes immemor est ita
Christus suorum: perdat vt aureum
Molis pudorem: nos quoque deserat.
Præsto est pudicis: nec patitur sacra
Integritatis munera pollui.
Ferrum impiabis sanguine: si voles:
Non inquinabis membra libidine.
Sic elocutam publicitus iubet
Flexu in plateas sistere virginem.
Stantem refugit moesta frequentia
Quersa vultus: ne petulantius
Quisquam verendum conspiceret locis.
Intendit vnus forte procaciter
Os in puellam: nec trepidat sacram
Experctare formam lumine lubrico.

Prudentij

En ales ignis fulminis in modum
Vibratur ardens: atq; oculos ferit.
Læcus co rufco lumine corruit:
Atq; in plateæ puluere palpitat.
Tollunt fodales feminecem solo:
Verbisq; deflent exequialibus.
Ibat triumphans virgo deum patrem
Christumq; sacro carmine concinens:
Quod sub profani labe periculi
Castum lupanar nec violabile
Experta victrix virginitas foret.
Sunt qui rogatam rettulerint preces.
Fudisse Christo: redderet vt reo
Lucem iacenti. tum inuenit halitum
Clitæ innouatum visibus integris.
Primum sed Agnes hunc habuit gradum
Loelestis aulæ: mox alius datur.
Accensus iram nam furor incitat
Hostis cruenti. vincor ait gemens.
Stringe ferrum miles: et exere
Præcepta summi regia principis.
Et vidit Agnes stare trucem virum
Aducrone nudo: lætio: hæc ait.
Exulto talis: quod patius venit
Uesanus. atrox. turbidus. armiger:
Quam si veniret languidus ac tener
Abollisq; Epheobus tinctus aromate:
Qui me pudoris funere perderet.
Ihic hic amator iam fateor placet.
Ibo irruentis gressibus obuiam:
Nec demorabor vota calentia.
Ferrum in papillas omne recepero:
Pectusq; ad unum vim gladij traham.
Sic nupta Christo transiliam poli
Omnes tenebras æthere cellior.

Peristephanon.

Aeternæ rector diuide ianuas
Coeli obseratas terrigenis prius:
Alc te sequentem Christie animam voca.
Cum virginalem tum patris hostiam.
Sic fata Christum vertice cernuo
Supplex adorat: vulnus vt imminens
Cervix subiret prona paratius.
Ast ille tantam spem peragit manu.
Unum sub ictu nam caput amputat.
Sensum doloris mors cita præuenit.
Exutus inde spiritus emicat:
Liberq; in auras exilit. Angeli
Sepsero euntem tramite candido.
Adiratur orbem sub pedibus situm.
Spectat tenebras ardua subditas.
Videtq; solis quod rota circuit:
Quod mundus omnis voluit: et implicat:
Rerum quod atro turbine viuitur:
Quod vana seclî mobilitas rapit.
Reges. tyrannos. imperia. et gradus.
Pompasq; honorum stulte tumentium
Argenti et auri vim. rabidam sitim
Lunctis petitam per varium nefas.
Splendore multo structa habitacula.
Illusa pictæ vestis inania.
Iram. timorem. vota. pericula.
Nunc triste longum. nunc breue gaudium.
Liuoris atrî fumificas faces.
Nigrescit vnde spes hominum et decus.
Et quod malorum tetrius omnium est
Sensilitatis sordida nubila.
Hæc calcât Agnes. ac pede proterit
Stans et draconis calce premens caput:
Terrena mundi qui serus omnia



Prudentij

Spargit venenis: mergit et inferis.
 Nunc virginalis perdomitus solo
 Cristas celebri deprimit ignei:
 Nec victus audet tollere verticem.
 Lingit coronis interea deus
 Frontem duabus martyris innubæ:
 Unam decemplex edita series
 Perces perenni lumine conficit.
 Lentenus extat fructus in altera.
 O virgo felix. o nova gloria.
 Coelestis arcis nobilis incola:
 Intende nostris colluuiombus
 Cultum gemello cum diamedate:
 Cui posse soli cunctiparens dedit
 Castum vel ipsum reddere fornicem.
 Purgabo roxis propitiabilis
 Fulgore nostrum si secur impleas.
 Nil non pudicum est: quod pia visere
 Dignaris: almo vel pede tangere.
 Fims.

Sequitur Psychomachia liber qui incipit Senex
 fidelis. et signatur per. a paruum.

Prudentij liber.



Senex fidelis Carmen est trimetrum iambicum senarium siue archilo-
 chium. Recipiens in locis imparibus spondetum. anapestum. iambum. tri-
 brachium. paribus vero iambum nonnunquam et anapestum. Scripturus ve-
 ro poeta psychomachiam: premitit proemium: in quo dicit cum qui per virtu-
 tes sit cum vitio decernaturus debere in fide fundamenta

Aurelij Prudentij clementis
 Psychomachie liber.

Senex fidelis prima credendi via est
 Abram beati seminis serus pater:
 Adiecta cuius nomen auxit syllaba:
 Abram parente dictus Abraam Deo.
 Senile pignus qui dicauit victimæ
 Docens ad aram cum litare quis velit:
 Quod dulce cordi est quod piū. quod vnicū:
 Deo libenter offerendum credito.

facere. Itaque affert
 historiam ex gene-
 si dicens: q abraam
 a fide ortus est.
 Quia quemadmo-
 dum cap. xij. legitur:
 est apparuisse illi
 deus dixisset: vt
 egrederetur de ter-
 ra et de cognatione
 sua et de domo pa-
 tris sui: et quod da-
 turus esset illi in-
 numeram posteritatem
 credidit mos
 nati et egressus in-
 de cum tota fami-
 lia sua venit in ter-

ram chanaan. et iterum cap. xv. vbi eadem repromissio ad abraam facta repetitur subdit.
 credit abraam deo et reputatus est illi ad iusticiam. et quemadmodum post fide acceptam cum
 quatuor illi reges de quibus cap. xiiij. profugissent fudissent reges petapolos. i. quiri-
 qz illarum ciuitatum que diuino postea iudicio perferunt: Roth quoque abraam ex fratre
 nepotem qui in sodomis habitabat cum omni substantia duxissent captiuum: Cumque a-
 braam nuncio eius rei accepto expedisset trecentos decem et octo seruos vernaculos re-
 gesque interfecisset: nec potestatem cum preda recuperasset: Ita et nos cum vitijs decer-
 taturi a fide auspicabimur atque ita demum fide que altiarum virtutum est fundamentum
 muniti cum vitijs confitemur. et cetera que sequuntur. Senex fidelis. ordo est. abram
 senex fidelis. i. qui fide potissimum ceteris: quia vt diximus credit abraam deo. Pater
 serus. quia sero hoc est anno etatis centesimo isaac genuit: Est prima via credendi. i. qua
 credituri debemus imitari. Cuius nomen. i. abra. Syllaba adiecta. i. a. elemento aspirato
 addito: siue potius interiecto. Auxit nomen: vt ex abra factus sit abraam. Ideo subdit. abraam
 parente dictus. i. a patre suo thare. Abraam deo. ex genesi cap. xvij. dicit namque illi deus non vo-
 cabitur nomen tuum abram: sed vocabitur abraam. quia patrem multarum gentium constitui te.
 Hieronymus in libro hebraicarum questionum hunc locum exponens: dicit inquit hebrei quod
 ex nomine suo deus quod apud illos est tetragramaton hoc est quattuor litterarum he litteram
 abraham dederit. dicebat enim abram quod interpretatur pater excelsus: et postea appellatus est
 abraham quod est pater multitudinis. nam quod sequitur gentium non habetur in nomine sed intel-
 ligitur. Pignus senile. i. isaac filium quem vt diximus abraam centenarius genuit. pignus au-
 tem pro filiis sepe legitur. Dicauit victimam. i. destinauit siue deuouit. Vergilius. ij. en. et me
 destinat are. Cum litare. i. sacrificio aliquid ab eo impetrare. Offerendum deo credito. i. cui



Pudentis

credi necessarium est: id quod et ipse fecit et reputatum est illi ad iusticiam. Dulce plura vult cum. que tria fuerunt ex isaac patri. Nam quid potuit dulcius esse abraam filio in senectate ex uxore genito? quid obsequentius eo qui patri se vitium prebuit? Nam quod vincens ex uxore fuerit satis constat: cum ex aggar ancilla prius ismaele et postea ex cetura plures genuerit. Pugnare nos. sensus est: quod abraam cum loth captiuum audisset ab illis quattuor regibus qui per

tapoleos fines ubi loth habitabat populati sunt collecta seruo manu illos persecutus et nepotem restituit libertati et omnes predam cum victoria reportauit. De inde centenari ex sara nonagenaria filium legitimum procreauit: poeta nunc moraliter rem gestam exponens dicit. quod quemadmodum abraam profligatus hostibus genuit filium ex uxore: ita et nos superatis hostibus spiritualibus qui sunt caro mundus et de-

monia: debemus gignere liberos legitimos. id est opera virtutis deo placetia ex anima: que vitijs antea erat sterilis et oppressa: nunc vero illis expulsis libera. Dicit igitur. Suasit. id est abraam pugnare cum profanis gentibus id est vitijs: quemadmodum ille pugnavit cum quattuor regibus. Prole coniugale. id est ex uxore legitima hoc est anima vitijs libera: ut ille ex sara isaac genuit ut apostolus ait non secundum carnem sed ex promissione. Spiritus bellicosus id est recta ratio et prudentia vitioz profligatrix. Uicerit portenta cordis. id est vitia et pestes antiquorum: que sibi in corde sedes fixerunt. Sed quia pugna illa quam abraam pugnavit pro libertate nepote nimis stricte peractata est: iteque pro parte quo pacto res est gesta exponit. Amicum feroces. id est. Sed argumentum huius historie ex genesi cap. xiiii. delimitata est. Reges feroces. hi quattuor fuerunt. Amraphel rex senear. Arioch rex potu. Lodor logomoz rex elamitarum et Thadal rex gentium. Ceperat loth. cum popularetur fines petapoleos. ubi forte fortuna eo tempore loth habitabat. Criminosus. crimine illo pessimo quod ab ipsis cognominatum est.

Sonebat. illustrabat. Este patruelis. id est abraam patruus sui. ac si dicat: quod loth causa patruus sui et illustrabat loca illa et honorabat ab illis locis incolis. Similiter nuncijs. similiter nuncijs afferentibus. Tercentos. id est duo de viginti. Hostis cunctis. id est preda se in patriam recipiens.

Pugnare nosmet cum prophanis gentibus
Suasit: et suum suavor exemplum dedit:
Nec ante prolem coniugalem gignere
Deo placentem matre virtute editam:
Quam strage multa bellicosus spiritus
Portenta cordis sevientis vicerit.
Victum feroces forte reges ceperant
Loth immorantem criminosis urbibus
Sodomæ et gomorrae: quas fouebat aduena
Pollens honore patruelis gloriæ,
Abram sinistris excitatus nuncijs
Eludit propinquum sorte captum bellica
Seruire duris barbarorum vinculis,
Armat trecentos terque senos vernulas:
Pergant ut hostis terga euntis cedere:
Quem gaza diues. ac triumphus nobilis
Captis tenebant impeditum copijs.

Liber.

Captis copijs. id est aduersarijs pentapoleos superatis. Graues. lonuscos. Proterit. id est proenlat et profligat. Catenas. quibus erat impeditus loth cum reliquis captiuis. Trita baccis colla. quia antea quod ab hostibus capere gestabat monilia baccata. id est gemmata. Vergilius pri. est. colloquij monile baccatum. Prole fratris. id est loth qui erat filius aran fratris abraam. Nequa vis. id est aliqua violentia. Recentem de tanta cede. id est crucentatum. Vergilius. ii. est. De bello c tanto digressum et cede recentem. Sacerdos. Melchisedec rex salem: qui abraam reportanti ex hostibus victoriam occurrit offerens illi panem et vinum. Ferculis celestibus. alludit ad illud quod scribit psalmo. cix. Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedec: qui panem et vinum hoc est consecrationis materiam abraam victori obtulit. Sed cuius hic fuerit filius ignorat. Paulus in epistola ad hebreos ca. vii. Melchisedec inquit rex salem sacerdos dei summit: qui obitum abraam regresso

Quin ipse ferrum stringit: et plenus deo
Reges superbos mole preadarum graues
Pellit: fugatos sauciatos proterit.
Frangit catenas: et rapinam liberat.
Turum. puellas. paruulos. monilia.
Greges equarum. vasa. vestes buculas.
Loth ipse ruptis expeditus nexibus
Trita baccis colla liber erigit.
Abraam triumpho dissipator hostici
Redit recepta prole fratris inclutus.
Nequa fidelis sanguinis profapiam. id est generum
His pessimorum possideret principum. id est neminem
Adhuc recentem cæde de tanta virum
Donat sacerdos ferculis coelestibus:
Dei sacerdos: Rex et idem prepotens:
Origo cuius fonte inenarrabili
Secreta nullum prodit auctorem sui.
Melchisedec qua stirpe quis maioribus
Ignotus vni cognitus tantum Deo.
Mox et triformis Angelorum trinitas

a cede regum et benedixit ei: cui et decimas omnium diuulst abraam. Primum quidem qui interpretatur rex iusticie deinde rex salem quod est rex pacis sine patre et sine matre sine genealogia neque initium dierum neque finem vite habes assimilatus autem filio dei manet sacerdos in perpetuum. Hebræi referunt Hieronymo in libris hebraicarum questionum dicit hunc fuisse sem filium noe: et supputantes annos vite sue ostendunt ad isaac usque etatem peruenisse. Dicit itaque dei sacerdos. id est et est ordo. Melchisedec dei sacerdos et idem rex prepotens.

Ignotus qua stirpe. quia ut dicit apostolus sine patre. sine matre. sine genealogia. Itaque idem Hieronymus ad Euagrium scribens genealogon melchisedec appellat. Quis maioribus. id est quibus parentibus aut auitis. Reuulst mapalia. id est melchisedec inquit. Cuius origo secreta. id est quod ignorat. Fote inenarrabili. id est principio quod enarrari non potest. Iuxta illud Esaiæ. generationem eius quod enarrabit. Nullum auctorem sui. id est progenitorem. Prodit. id est ostendit. Mox. id est post oblationem panis et vini. Trinitas triformis angelorum. Ex genesi cap. xviii. ubi legitur.



Prudentis

quod apparuerunt abraham tres angeli in specie virosi. sed quod aliquando de tribus sit mentio quasi de vno: alquando singularim quasi de pluribus: ita per tres angelos trinitatem intelligimus sicut supra per melchisedec christum uisum. Mapalia. domos pastoricias. Vergilius. iij. g. cor. raris habitata mapalia tectis eadem et magalia dicitur. Et iam Sara. abraham vxor que interpretatur princeps. nā antea sarai. i. princeps mea dicebatur.

Quā velit atq; Fides virtutib; addere legē.

Erumpit primam in vocem Concordia tali

Alloquio cumulata quidem in gloria vobis

O patris. o domini fidissima pignora Christi

Contigit. extincta est multo certamine scēna

Barbaries: sanctæ quæ circūseperat vrbis

Indigenas ferroq; viros flāmaq; premebat.

Publica sed requies priuatis rure forosq;

Constat amicitijs. scissura domestica turbat

Rem populi: titubatq; foris: qd dissidet intus

Ergo caute viri: ne sit sententia discors

Sensibus in vestris: ne lecta erotica tectis

Mascatur conflata odijs: quia scissa volūtas

Confundit varijs arcana biformia sibus.

Liber.

variātib; . Coniugat amor. i. christi charitas cōciliet et cōsentire faciat. Qd viuimus. i. tota vita nra. Uno studio. quia idē velle et idē nolle ea est vera charitas. Atq; homini. Similitudo est q; quē admodum christus mediator dei et hominū: cōciliat nos patri ita spiritus debet cōciliare partes intra nos metipfos dissidentes. Mortale. i. genus humanū. vel potius naturā humanā quia subdit. Ne carnea distent spiritu. i. humanitas

a diuinitate. Strū q; . i. humanitas vni modis copagib; . i. sicutis vtrag; vnum facientibus.

Pax est precius . i. merces sine pignum. Belli era cu. i. finiti. Et pericli subeuntati.

Sydera pace. q; in coelo nulla est perturbatio s; summa quies atq; cōstantia. Terra i. hoies i terra habitantes. Conflantur pace. quē ad modum dissipant discordia. Sine pace. i. sine animi tranquillitate et o diu vacitate. Nō pbat. subaudi deo

Ex Mach. cap. v. Pectoris impati. i. nō habētis pacē euz proximo. Intro. i. recessu cordis penetrati.

et accipit pacē. p charitate. vñ subdit ex Ep̄la ad corin. pri. ca. xiiij. Ignib; flānuomnis. qd ap̄s ait. si tradidero corp; meū ita vt ardeā charitatē aut nō habuero nihil mihi p̄dest.

Seruās inamabile votū. i. nō habēs charitatē. Bile sub obliq; . i. irat; primo. P̄rofit. tige cū superiori. nec. nec. p̄fit. Jesu. xpo vitā dedisse. Clausula. i. in qua includitur omnis christiana virtus: quę sola meritoria est. Pax. pro charitate vt supra. Nō inflata. omnia hęc ex apostolo vbi supra. Offensacula donat. i. remittit offensas. Anxia. i. sollicita. P̄currere occasum. i. antea q; sol occidat. Ex ap̄sto. o Ep̄hesi. iij. Sol non occidat super iracundiam vestram. Sol conscius. idest tu sole teste nō relinuas iram.

Ad sapimus: cōiugat amor. qd viuim; vno
Cōspiret studio. nil dissociabile firmum est.

Ubiq; homini atq; deo mediū iteruenit ielus:

Qui sociat mortale patri: ne carnea distent

Spiritu eterno: sitq; vt deus vnus vtrunq;

Sic quicquid gerim; mētisq; et corporis actus:

Spiritus vnimodis terat compagib; vnus.

Pax plenū virtutis op;. Pax summa laborū.

Pax belli exacti precii est: preciiq; pericli.

Sydera pace vigent. cōsistunt terrea pace.

Nil placitū sine pace deo. nō munus ad aram

Lum cupias offerre: probat; si turbida fratres

Adens impacati sub pectoris oderit antro.

Nec si flānuomis christi p nomine martyr

Ignibus insilias seruans inamabile votum

Bile sub obliqua: preciosam profit Jesu

Impēdisse animā: meriti quia clausula pax est.

Nō inflata tumet. nō inuidet et inula fratri.

Omnia perpetitur patiens: atq; omnia credit.

Munq; læsa dolet. cūcta offensacula donat.

Occasum lucis venia p̄currere gestit

Anxia: ne stabilē linquat sol conscius iram.

et accipit pacē. p charitate. vñ subdit ex Ep̄la ad corin. pri. ca. xiiij. Ignib; flānuomnis. qd ap̄s ait. si tradidero corp; meū ita vt ardeā charitatē aut nō habuero nihil mihi p̄dest. Seruās inamabile votū. i. nō habēs charitatē. Bile sub obliq; . i. irat; primo. P̄rofit. tige cū superiori. nec. nec. p̄fit. Jesu. xpo vitā dedisse. Clausula. i. in qua includitur omnis christiana virtus: quę sola meritoria est. Pax. pro charitate vt supra. Nō inflata. omnia hęc ex apostolo vbi supra. Offensacula donat. i. remittit offensas. Anxia. i. sollicita. P̄currere occasum. i. antea q; sol occidat. Ex ap̄sto. o Ep̄hesi. iij. Sol non occidat super iracundiam vestram. Sol conscius. idest tu sole teste nō relinuas iram.



Prudentis

Litare deo. i. adeo aliquid sacrificio impetrare. nam illud est litare. Liquido odore. al-
ludit ad iudeorum holocausta ex quibus incensis ascendebat fumus ad dominum quasi ut
lum oblectaturus. Liquidum vero appellat odorem ex flammis resolutum. Persius. Tor-
tibi cum infanmas unicum omenta liquecant. Ad donaria. loca in templo quo dona fe-
runtur. Vergi. iij. geor. Impartibus ductos alta ad donaria currus. Columbis niueis.
Ex euagelio mat.

c.x. Estote pruden-
tes sicut serpentes.

Columbium pluma-
tum. i. prudentiaz
serpētis. Tene-
ra veste pennarū.
i. sub mollib⁹ plu-
mis colubarum.

Ingenio rman-
te internoscere. i.
inquirente ad dig-
noscere. Mirtū.
idest quod se vult
immiscere ut decipiat.
Lupus ex
eo quod scribitur
Matthē. vij. attē-
dite a falsis pro-
phetis etc. Rir⁹
agninos. cum ri-
ctus proprie sint
ferarum et carnis
uozorum animalū
um. Fotinus et
arrius. insignes he-
retici. Discrimi-
na nostra. quan-
do paulo ante vul-
nerata sum. De-
dit gemitus. reco-
data vulneris a
concordia accepti.

Hec subdidit. idest coepit loqui. In rebus secundis. idest pacifi-
cis. Defensa fide. quia illam tutata sum. Sua vulnera ridet. idest nihili facit me comi-
te. Sola salus. quia hac sospite ego ero sospes. Hac recepta. idest a periculo libe-
rata ut supra. Unum opus. scilicet constructio et dedicatio templi siue coelestis ierusa-
lem: quoniam non ex lapidibus manu quadratis sed ex beatorum animis construenda est.

Quod scilicet opus hoc est templum. per quod significabatur templum hoc spirituale

Quisq; litare Deo mactatis vult holocaustis:
Offerat in primis pace. nulla hostia Christo
Dulcior. hoc solo sancta ad donaria vultum
Munere couertens liquido oblectatur odore.
Sed tamen et niueis tradit deus ipse columbis
Pennatum tenera plumarū veste colubrum
Rimante ingenio docte internoscere mixtum
Innocuis aibus. latet et lupus ore cruento
Lacteolam mentitus ouem sub vellere molli.
Cruda per agninos exercens funera rictus.
Hac sese occultantq; Fotinus et Arrius arte
Immanes feritate Lupi. discrimina prodūt
Nostra recēsq; cruoz quibus de corpore summo:
Quid possit furtiua man⁹. gemitū dedit omnis
Virtutum populus casu concussus acerbo.
Tunc generosa Fides hęc subdidit. imo secundis
In rebus cesset gemitus. Concordia laesa est:
Sed defensa Fide. quin et Concordia sospes
Germanam comitata fidē sua vulnera ridet.
Hęc inā sola sal⁹. nihil hęc mihi triste recepta.
Unum opus egregium restat post bella labori
O proceres. regni qđ tandem pacifer hęc
Belligeri armata successor inermis et aula

Liber.

Salomon pacifer. hoc enim solomon interpretatur. i. pacificus. Hęc regis belligeri
i. dauid viri in bellis exercitissimi ut in primo r. ij. regū legitur. Et successor inermis.
idem dicit alijs verbis. Senitoris anbeli. i. dauid in bellis defatigati. De sanguine ca-
lido. atq; ideo noluit deus ut ab eo templum edificaretur. vnde in primo paralipo. cap.
xv. iij. no edificabis mihi domū eo qđ sis bellator et sanguinē multū effuderis. Fundatur
fundari debet.

Instituit salomon: quoniā genitoris anbeli
Fumarat calido regū de sanguine dextra.
Sanguine nam terio templū fundatur: et ara
Ponitur auratis christi domus ardua tectis.
Tunc hic ierusalem templo iustrata quieto
Suscepit iam diua deum. circūuaga postquā
Sedit marmoreis fundata altaribus arca.
Surgat et i nostris templū venerabile castris:
Omnipotens cuius sanctorū sancta reuisat.
Nam quid terrigenas ferro pepulisse phalāges
Culparum prodest: hominis si filius arce
Aetheris illapsus purgati corporis vrbem
Intret in ornatam. templi splendentis egen⁹.
Hactenus alternis sudatū est comin⁹ armis.
Munia nunc agitet tacite toga cādida pacis:
Atq; sacris sedē properet discincta iuuentus.
Hęc vbi dicta dedit. gradibus regina supbis
Desiluit. tantiq; operis Concordia consors
Detatura nouum iacto fundamine templū.
Aurea planiciem spacijs percurrat arundo

parum. i. vitiorum exercitum qui ex terra habet originem nihil sapit coeleste. Illap-
sus. idest descendens de coelo. Purgati corporis. quia non satis est animā a vitijs pur-
gatam esse nisi etiam ornentur quasi sponsa sponso. Egenus templi. non quod eget deus
tali templo iuxta illud psal. xv. Bonozum meozum non eges. Sudatum est. elaborauit
mus in profugandis vitijs. Alternis. idest diuersarum partium. Toga. vestis cuius
erat vsus tempore pacis. Munia et officia. Iuuentus discincta. sicut e contrario in bel-
lo milites dicuntur precipiti et esse in precipitiu. Regina. scilicet fides. Detatura. gra-
phice descriptura more eozum qui edificaturi sunt. Templum nouum. Iuxta illud A-
pocalipsis. xxi. Ierusalem nouam descendentem de coelo. Arundo. hęc metiendi tem-
pli ratio ex apocalipsi tota sumpta est.

Domus christi. i.
familia christi
norum. Ierusalē
diua. i. celestis que
terrenā designat.
Templo quieto
idest pacifico: quā
ierusalē visio pa-
cis interpretatur.

Suscepit deum
ut in ea hoc est a-
nimis fidelius ha-
bitaret. Arca cir-
cūuaga. habitans
ex philistinorū ta-
bernaculis in do-
mo obedēdo. quo
ad templū est illi
edificatum a salo-
mone. ex libro. ij.
Regū. cap. vi. vij.

Sancta sanctorū
sicut arca in tem-
pli sacrario fuit
posita. Phalan-
ges terrigenas cul-



Libera.

Quadrant. i. in formam quadrati consentiat. **Angulus impar.** i. acutus aut obtusus hoc est maior aut minor recto. **Commisuris distatibus.** i. in distantia commissurarum ubi duo latera in angulos coeunt. **Mutlet normam.** i. defraudet non consentiendo cum illa. est autem norma hispane el cartabon. **Argutam** autem vocat. i. ingeniosam quia depre hendit errata. **Symmetra dissona.** i. commensurationes discordantes. **Aurore.** clara est descriptio ter

narum a quattuor mundi lateribus portarum. **Saxuz** structile. idest quale aliorum edificiorum. Sed genera caua. ut ex foratura in edificio possit colligari.

Vestibulum penetrabile. i. per quod introitus est ad templi penetralia.

Nomina bisseua.

i. duodecim apostolorum. **Spiritus** his titulis. quid sibi velint nomina duodecim apostolorum ostendit dicens quod spiritus idest sensus spiritualis. **Ambit.** i. inquirat. **Arcana.** i. secreta que dam mystica. His titulis. scilicet duodecim nominum.

Edcat in precordia. idest ad intimam cogitationem reducit. **Sensus electos.** idest exquisitos. **Quas** hominis. **Ordo** est: spiritus adit aram cordis. quia sacrificium deo spiritus contribulatus et cor contritum. **Trinis** ingressibus. subaudi ab unoquoque quattuor laterum ut ter quattuor reddant numerum apostolorum. **Qua** viget natura hominis. quia a corde est fons et origo totius vigoris. **Quadrina** vis. que per quattuor templi latera designantur: sunt quattuor hominis etates que quattuor quoque partibus diei aut anni coequantur. **Prima** pueritica media nocte ad ortum solis. **Secunda** adolescentica ab ortu solis ad meridiem. **Tertia** gravis perfectae a meridie ad occasum. **Quarta** senectutis. ab occasu ad mediam noctem. **Regat.** idest regat. **Ephesbos.** idest adolescentes. **Neui** consumabili. idest gratis consumate et perfecte.

Dimensis: quadrat ut quattuor vndique frontes. **Ne** commissuris distatibus angulus impar **Arguta** mutilet per dissona symmetra norma. **Aurore** de parte tribus plaga lucida portis **Illustrata** patet. triplex aperitur ad austrum **Portarum** numerus. tres occidentalibus offert **Iamua** trina fores. totiens aquilonis ad axem **Paditur** alta domus. nullum illic structile saxum: **Sed** caua per solidum multo que forata dolatu **Gemina** relucet lineam complectitur arcu. **Vestibulum** que lapis penetrabile concipit unum.

Portarum summis inscripta in postibus auro **Nomina** apostolici fulgent bisseua senatus. **Spiritus** his titulis arcana recondita mentis **Ambit:** et electos vocat in precordia sensus. **Quas** hominis natura viget: quas corpore toto **Quadrina** vis animat: trinis ingressibus aram **Lordis** adit. castis que colit sacraria votis. **Seu** pueros sol ipse agat: seu feruor ephebos **Incedat** nimirum: seu consumabilis aui

Prudentis

Aetas borea. i. senectas que respondet illi parti diei in qua sol ab occasu tendit ad septentrionem. sed posuit anapestum pro spondeo in sexto loco. **Ad** pia sacra. quia etas religiosa vacare debet. **Trinum.** i. portarum. **Ad** quadrina compita. i. quattuor laterum conuersus. **Totidem** gemmarum. de quibus in Apocalypsi cap. xxi. **Animas** colorum videntes. i. colores viuos per quos aie designantur. **Profundo** liquido. i. fundamento et

medio diaphano et pellucenti. **In** terlitus auro. habet enim chrysolitus maculas aureas. vnde et nomen. **Hinc** inde itaque ipse erat medius. **Distantes** honores. i. pulchritudines. i. et varietate colorum. **Vergilius** primo genelectos oculis afflatur honores. **Calcedon** hebes. idest subobscuro. **Perfunditur.** i. eius color excitatur. **Lapis.** scilicet cyaneus. hic est que sculo nostro turcicum dicimus propter stagna cyanea que sunt in ponto siue in siciliavnde dicitur lapis ut vult poeta. astro aquoso. id purpura marina. **Ingunt**

Perficiat lux plena viros: siue algida borea **Aetas** decrepita vocet ad pia sacra senectas. **Occurrit** trinum quadrina ad compita nomen: **Quod** bene discipulis disponit rex duodenis. **Quin** etiam totidem gemmarum insignia textis. **Parietibus** distincta micat: animasque colorum **Chiuetes** liquido lux euomit alta profundo. **Ingens** chrysolitus natiuo interlitus auro **Hinc** sibi sapphyrum sociauerat inde beryllum: **Distantes** que nitor mediis variabat honores. **Hinc** chalcedon hebes perfunditur ex hiacynthi **Lumine** vicino. nam forte cyanea propter **Stagna** lapis cohibens ostro fulgebat aquoso. **Sardonyche** piguit amethystina. piguit blaspiis **Sardony** iuxta appositum. pulcher que topazo. **Has** inter species smaragdina gramine verno **Prata** vireret. voluitque vagos lux herbida fluctus. **Le** quoque conspicuum structura interserit ardens **Chrysoprase.** et sydus sarris stellantibus addit. **Stridebat** grauidis funalis machina vinculis **Inmensus** rapies alta ad fastigia gemmas. **Est** domus interior septem subnixta columnis

varietate colorum. ut Vergilius. pligit vscinia caltha. **Prata** smaragdina. idest smaragdini colorem prata habentia tempore verno. **Lux** herbida. idest coloris herbacet lapsus. **Fluctus** vagos. i. colores fluctuum marmorum. qui virides sunt. **Martialis.** duasque similes fluctibus pares gemmas. de smaragdine loquitur. **Chrysoprase.** gemma viridis maculas habens aureas vnde nomen habet. **Sydus.** idest syderis splendorem. **Columela** sic dicit. terrestria sydera flores. **Machina** funalis. throcles et epagon dicitur a grecis. **Clucis** grauidibus. idest crassis et robustis funibus.



Prudentij

Cryſtalli argentiſ. quia cryſtallus eſt aqua congelata et lapis qui ex medijs nubibus eruitur. Rupe vitrea. i. nubibus ⁊ glacie congelata. Quarum edita. i. altitudinem columnarum hoc eſt culmen. Cæſus in conum. i. formatus in cacumen. quod a grecis epiſtylium hieronymus capitellum interpretatur. Subductum capita. i. habentem capita ſubducta hoc eſt a parte inferiori excavata: et ſimioſa. In ſpeciem conche. hoc eſt ſtria

te ſine canalicula te. petalum greci vocat partes que ex colūne epiſtylio propendēt. Quē ſcilicet. calculum albertem. Fides pararat. i. comparavit. hic eſt ille calculus albus q̄ in euangelio dicitur precioſa margarita: quam qui inuenit homo aſiſit ⁊ vendidit oia que habuit ⁊ emit eam. per quā chriſtus intelligitur.

Hoc folio. i. templo in quo eſt ſolum. Tutādī hominis. i. humane reipub. cōſernāde Sceptū. inſigne regiſ. Lignū viuū. ſemp̄ virens Humoz alat. per radices. Virēt

fronde. i. habet frondes virides. Miſcet lilia. cum ſceptri frondibus. Sanguine incolunt. i. vigente ⁊ non corrupto: vt roſe imitentur ſanguinis vini colorem. Collo marcenti. i. languido quod fit cum lilia flaccſcunt. Forma huius ſceptri. i. virga aaron fuit ſimilis huic ſceptro. nā quemadmodū legitur in libro numeroſi cap. xviij. Virga aaron floruit inter ceteras virgas filioꝝ iſrael. que poſita eſt in tabernaculo teſtimoniū a moſe.

Qd. i. geſtamen aaron. i. virga. Trudens. i. emittens. Germinauit inquit virga aarō. et turgentibus gemis eruperant flores qui folijs dilatatis in amygdalas deſormati ſūt.

Explicuit tenerū decorē. id eſt ſparſit flores teneros nimia pulchritudine. Spe pubeſcente. i. flore in quo eſt fructus ſpes germinante. In nouos foetus. i. amygdalinos.

Reddimus conſuſio eſt operis conueniens principio. Indulgentiſſime. i. qui nos

Cryſtalli argentiſ vitrea de rupe recifiſ
Conſtruitur: quarū tegit edita calcul⁹ albens
In conū cæſus capita: ⁊ ſinuamina ſubter
Subductum cōchæ in ſpeciē: qđ mille talētis
Margaritarum ingens opib⁹ ⁊ viribus arte
Adductis animoſa fides mercata pararat.
Hoc reſidet folio pollens ſepientia: ⁊ omne
Conſilium regni celſa diſponit ab aula:
Tutādī qđ hominis leges ſub corde retractat.
In manibus domine ſceptū nō arte politū:
Sed lignū viuū eſt. viridi quod ſtirpe recifiſum
Quamuis nullus alat terreni ceſpitiſ humoz:
Fronde tamē viret icolumi. tūc ſāguine tictis
Intertexta roſis candentia lilia miſcet
Nefcia marcenti florem ſubmittere collo.
Huius forma fuit ſceptri geſtamē aaron
Floriſerum ſicco. qđ germina cortice trudens
Explicuit tenerum ſpe pubeſcente decorē:
In qđ nouos ſubito viruit virga arida foetus.
Reddimus æternas indulgentiſſime doctor

Liber

molliter et dedicate tractas. Reddimus grates. pro agimus atq; repetimus. Meritos honores. i. debitos. Nam cor. q. d. corde non possumus quia indigni igitur ore. Tu nos. sensus est. tu fecisti vt cognoscere possemus hanc compugnantiā anime secum: id quod intra nos metipſos ſentimus. Ordo eſt. tu voluisti nos agnoſcere. Pericula latebroſa. i. vnde imminet nobis periculum latens. Operti corporei. i. quod occultum intra nos latet

Grates chriſte tibi: meritoſq; ſacramus honores
Ore pio. nam cor vitioꝝ ſtercore ſordet.
Tu nos corporei latebroſa pericula operti
Uctantis que animæ voluisti agnoſcere caſus.
Mouimus ancipites nebuſo in pectore ſenſus
Sudare alternis conflictibus: ⁊ variato
Pugnarum euentu nunc indole creſcere dextrā:
Nunc inclinatis ceruicibus ad iuga vitæ
Deteriora trahi: ſeſe que addicere noxiſ
Turpibus: ⁊ proprie iacturam ferre ſalutiſ.
O quoties animam vitioꝝ peſte repulſa
Senſimus incaluiffe Deo: quoties tepefactum
Coeleſte ingenium poſt gaudia candida tetro
Ceſſiſſe eſt ſtomacho. feruent bella horrida. feruēt
Oſſibus: atq; incluſa fremit diſcordibus armis
Non ſimplex natura hominiſ. nam viſcera limo
Effigiata premunt animum. contra ille ſereno
Editus aſſlatu nigrantiſ carcere cordiſ
Deſtuat: ⁊ ſordes arcta inter vincla reſuſat.
Spiritiſ pugnant varijs lux atq; tenebræ.
Diſtantes que animat duplex ſubſtantiā vires:
Donec præſidio Chriſtus Deus adſit: ⁊ omnes
Virtutum gemmas componat ſede piata.

Ue q̄ corporei cōtagio tendit in malū. Editus aſſlatu ſereno. i. coeleſtem habens originē. Lux et tenebræ. i. ratio et appetituſ. Duplex ſubſtantiā. idem dicit. Diſtantes. i. diuerſas atq; contrariāſ. Deus adſit: quia ſine dei gratia ex tali pugna non poſſumus eua dere victoꝝ. Sede piata. in regno celoꝝ. Peccatiſ regnauerat. ſ. in homine. Vtria templi. vt deus in illo habitet. Spectamine moꝝ. i. moribus ſpectatiſ hoc eſt virtutiſ bus perfectiſ Sapien tia de qua dicitur Prover. ix. ſapientia edificauit ſibi domum.

de quo pſal. ab oculiſ meis munda me. Animiſ luctatiſ. i. ſecum compugnatiſ. Ancipites ſenſus. de quibus apoſtoluſ. Ro. viij. video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee. Creſcere indole. i. vinctere rationem.

Ad iuga deteriora. i. vincti et trahi ſub iugum peccati. Animam incaluiffe deo cum ſuperavit vſtia. Tepefactum. ex ardoꝝ illo diuino remiſſum Ceſſiſſe. i. fuiſſe vſctum. Stomacho tetro. i. turpi ſenſu. hoc eſt male ſentēdo. Oſſibus. i. intra nos ipſiſ medullis. Non ſimplex: quæ altera pre roſa liſ ex altera irroſa liſ pugnat. Uſcera. i. pars irrationa

Oblectata. f. anti-
que ornamentis: ut
cum illa inerat nu-
pitas. Aeternū re-
gnat nomen pro ad-
uerbio. Verg. vi. cū
sedet p̄ternūq; sedebit.

Prudentij

Atq; ubi peccatum regnauerat: aurea templi
Atria constituens: texat spectamine morum
Ornamenta animarū: quibus oblectata deco-
Aeternum solio diues Sapientia regnet.

Finis.

Aurelij Prudentij Clementis.
U. L. Apotheosis

Hymnus de Trinitate.

St tria summa deus. trinum specimen. vigor unus.
Corde patris genita est sapientia: filius ipsa est.
Sanctus ab æterno subsistit spiritus ore.

Tempore nec senior: pater est. nec numine maior.
Nam sapiens retro semper deus edidit ex se
Per quod semper erat gignenda ad sæcula verbum.
Edere sed verbum patris est. at caetera verbi
Adsumptū gestare hominem. reparare peremptum.
Conciliare patri. dextraq; in sede locare.
Spiritus ista dei complet. deus ipse fideles
In populos charisma suum diffundere promptus
Et patris et Christi virtutem in corpora transfert.

Hymnus in infideles.

Et vera sectate magister consulo:
Rectam ne seruamus fidem?
An viperina non cauemus dogmata:
Et nescientes labimur?
Arctam salutis vix viam discernere est
Inter reflexas semitas:

Apotheosis

Tam multa surgunt perfidorum compita
Lortis polita erroribus:
Obliqua sese conferunt diuortia
Hinc inde tertis orbitis:
Quas si quis errans ac vagus sectabitur
Rectum relinquens tramitem:
Scrobis latentis pronus in foueam ruet:
Quam fodit hostilis manus.
Manus latronum: quæ viantes obsidet
Iter sequentes deuum.
Quid non libido mentis humana struat?
Quid non malorum pruriat?
Statum laceffunt omnipotentis dei
Calumniosis litibus.
Fidem minutis dissecant ambagibus:
Ut quisquis lingua est nequior.
Soluūt: ligant que questionum vincula
Per syllogismos plectiles.
Uæ captiosis sycophantarum strophis.
Uæ versipelli astutiæ.
Modos tenaces recta rumpit regula
Infesta dissertantibus.
Idcirco mundi stulta delegit deus:
Ut concidant sophistica.
De que imbecillis subiugauit fortia:
Simplex ut esset et credere.
Lapis ecce nostro fixus offensaculo est:
Impingat in quem vanitas:
Signum cauenti: non cauenti scandalum.
Hunc sternit: illum dirigit.
Dum plura tentat cæcus in certo gradus
Incurrit id: quod obuuium est.
Fax sola fidei est præferenda gressibus:
Ut recta sint vestigia.

d ij



Prudentij

Quos in tenebris hostis errantes tamen
Pulsat: trahitq; z proterit:
Qui sparsa ad ipsum comeantum transitum
Frumenta seuius deuorat.
Qui lata Christi culta fur interpolat
Addens auenas æmulas:
Quas de veneni lacte in herbam fertilem
Patitur colonus crescere:
Ne forte culmum fibra inani spiceum
Simul reuulsa internecet.
Expectat ergo dum dolosa z farrea
Feruens coquat maturitas:
Det ventilabro lecta quæque vt horreis:
Urat recrementum focis.
Refert sed ipsa nosse. quæ messem necant:
Zizaniorum semina.

Contra Heresem: quæ patrem passum affirmat.

Purima sunt: sed pauca loquar: ne dira relatu
Dogmata catholicam maculent
male prodita linguam.
Ille patrem pellens folio detrudit in arcum
Corporis humani gestamen: nec pauet ipsum
Obiectare neci: duro que adfigere ligno.
Passibilis ue deus: cuius species z imago
Nulli visa vnquam: nec enim comprehendier illa
Maiestas facilis sensuue oculisue manue:
Ioannis magni celebris sententia præsto est:
Haud vnquam testata deum potuisse videri.
Ille pater quem nulla acies violenta tuendo
Eminus ardentis penetrauit acumine visus:
Qui se formam hominis non induit: z deitatis
Immensum adsumptio nõ temperat ore modoue.

Zpotheosis

Aut euangelici pietas spernenda libelli
Jam blasphemæ tibi est: aut nunquam visa beati
Cis intacta patris non admiscenda caducis.
Sed tamen z patris est specimẽ: quid cernere fas sit:
Humanis aliquando oculis concurrere promptũ:
Quod quis hebes intuitus speculamine glauco
Humentiq; acie potuit nebulosus adire.
Quisque hominum vidisse deuz memoratur: ab ipso
Infusum vidit natum. nam filius hoc est
Quod de patre incans se prestatit inspiciendum
Per species: quas possit homo comprehendere visu.
Nam mera maiestas est infinita: nec intrat
Obtus aliquos: ni se moderamine formet.
Hoc vidit princeps generosi seminis Abram
Jam tunc dignati terras inuiscere Christi
Hospes homo in triplicem numen radiasse figuram.
Hoc conluctantis tractarunt brachia Jacob.
Ipse datur: legis diuinæ accedere coram
Iustus amicitia conlato qui stetit ore:
Comminus et sacris conunxit verba loquelis:
Carnis in effigie Christum se cernere sensit.
Sed maiora petens animum per vota tetendit
In concessa homini plusquam mortale laborans
Ipsum quantus erat sine corpore visere Christum.
Denique post multi sermonis mutua: postq;
Conspectum presentis heri: z consortia longa:
Quæso ait: vt liceat te nunc deus optime nosse.
Respondit dominus: mea non me cernere iustis
Posteriora dabo: quod apertius absque aliena
Quam sumat facie verbum non posse videri:
Posse tamen cum malit idem nunquam patre viso
Terrenis oculis habitu se ostendere nostro.
Sæpe et in angelicas vel mortales moderatum
Induci species queat. vt sub imagine cerni



Prudentij

Hoc verbum est, quod vibratū patris ore benigno
 Sumpsit virgineo fragilem de corpore formam.
 Inde figura hominis non dum sub carne Moysi
 Obiecta effigiem nostri signauerat oris.
 Quod quandoq; deus verbi virtute coactum
 Sumpturnus corpus faciem referebat eandem.
 Sed tamen et sentum visa est excita cremare
 Flamma rubam, deus in spinis volitabat acutis
 Quinificasq; comas, innoxius ignis agebat.
 Esset vt exemplo deus in lapsurus in artus
 Spiniferos sudibus, quos terunt crimina densis,
 Et peccata malis hirsuta doloribus implent
 Inculto nam stirpe frutex vitiosus iniquis
 Lururiam iurgis inhonesto effundere succo
 Coeperat, et nodos per acumina crebra ligabat
 Lernerē erat steriles subito splendescere frondes.
 Accensissq; folijs magno impete late
 Conlucere deum, nec spinea lacerare texta
 Lambere sanguineos fructus, et poma cruenta
 Stringere mortiferi vitalia germina ligni.
 Quandoquidem tristes purgatur sanguine culpa,
 Quem contorta rubus densis cruciatibus edit.
 Ergo nihil visum nisi quod sub carne videndum
 Lumen, imago dei, verbum deus, et deus ignis,
 Qui sentum nostri peccamen corporis implet,
 Nam lucis genitor, verbi sator, auctor, et ignis
 Creditur extra oculos vt apostolus edocet auctor,
 Qui negat intuitu fontem deitatis adiri.
 Credite, nemo deum vidit, mihi credite, nemo.
 Visibilis de fonte deus, non ipse dei fons
 Visibilis cerni potis est, qui nascitur, at non
 Innatus cerni potis est, lactet os patris illud,
 Unde deus, qui visibilem se prestitit olim
 Tale aliquid formans in sese, quale secuta est

Hypothesis

Passio, quæ corpus sibi vendicat, ardua nam vis
 Est impassibilis, quoniam natura superni
 Ignis ad horribilas nescit descendere poenas,
 Nec capit humanis angoribus excruciarī
 Pura, serena, micans, liquido pra libera motu,
 Subdita nec cuiquam dominatrix vt pote rerum;
 Cui non principium de tempore, sed super omne
 Tempus, et ante diem maiestas cum patre summo,
 Immo animus patris, et ratio, et via consiliorum,
 Quæ non facta manu, nec voce creata iubentis
 Protulit imperium patrio ructata profundo,
 Hanc igitur non flagra secant, non sputa salinis
 Aspergunt, alapis non verat palma relis.
 Nec perfossa cruci clauorum vulnera figunt,
 His affecta caro est hominis, quā foemina prægnās
 Enixa est sub lege vteri, sine lege mariti,
 Ille famem patitur, sel potat, et haurit acetum,
 Ille pauet mortis faciem, tremet ille dolorem
 Dicite sacrilegi doctores, quia patre summo
 Desertum iacuisse thronum contenditis, illo
 Tempore quo fragiles deus est in lapsus in artus,
 Ergo pater passus? quid non malus audeat error?
 Ipse puellari conceptus sanguine creuit,
 Ipse verecundæ distendit virginis aluum,
 Et iam falsiloqua est diuini pagina libri,
 Que verbum in carnis loquitur fluxisse figuram,
 Et non qui verbi pater est caro factus habetur,
 Fige gradum scriptura tuum, nil mobile, et anceps
 Adfirmasse decet, pater est quem cernere nulli
 Est licitum, pater est qui nunquam visus in orbe est,
 Nec mundana inter radiauit lumina coram;
 Verbum conspicuum misit, missum que recepit,
 Cum voluit, verbo præstrinxit viscera puræ
 Virginis, et verbostruxit puerilia membra,

D iij

UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

GREDO.S.USA

Prudentij

Ipsē quidem in terris virtute ⁊ numine præsens
Semper adest quocunq; loci. nec pars vacat vlla
Ab aiestate patris. nusquam est genitor deus absens
Per verbum. sed semper adest. atq; inde Philippo
Christus ait. tanto tecum iam tempore versor.
Et patrem te nosse negas. quem perspicis in me
Est inuisibilis donum patris edere natum
Visibilem. per quem valeat pater ipse videri.
Nec solis sanctorum oculis. sed lumine castis.
Læcorum cæcos loquor. atra secordia quorum
Corde tenebroso verum perpendere nescit.
Quem si perspicuum mortalibus inficiaris
Fare age. quem videar Babylonis ab arce tyranni
Innocuas inter flammās procul ex spaciātem
Calcantem rapidos in adustis fratribus ignes
Mempe ait. o proceres tres vasta incendia anhelis
Accepere viros fornacibus. additus vnus
Ecce vaporiferos ridens interfecat ignes
Filius ille dei est. fateor quem victus adoro
Inrisas remouere faces. tēdasq; tepentes
Subtrahite. friget succenti sulphuris ardor.
Filius haud dubium est. ait hæc miracula rerum.
Quem video deus ipse. dei certissima proles
Imperat. immensis ardoribus. ⁊ domat iras
Insultans famulante rogo. piceos que furores
Comprimat. ⁊ rabiem flaminarum algescere cogit
Barbaricos calida aura sinus non tangere iussa
Præterit. ⁊ tenues stridens transcurrit amictus
Ipse per Assyriās metuit vapor ire tiaras
Nec coma. fusa humeris fumo obsordescat amaro.
Hæc ait. ⁊ varios iubet obmutescere cantus
Organa. sambucas. citharas. calamosq; tubasq;
Saulta superstino tacuit. vox festa quieuit.
Quæ male conspicua celebrabat imaginis aurum

Epotheosis.

Carmina sanctorum resonant iam sola viroꝝum
Concentu triplici regem laudantia coeli
Qui mare. qui terras. qui lucida sidera fecit
Ignibus ⁊ medijs securos terit alumnos.
Semper in auxilium sermo patris omnipotentis
Descendit seruando homini. mortalia semper
Admiscenda sibi proprio curauit amore.
Ut socianda caro. dominoq; implenda perenni
Degenerem vitam. quæ tunc animalis agebat
Exemplo mutaret heri. similesq; per artus
Lernere consortem terreni aduiesceret oris.
Participemq; suum visu velut obside nosse.
Et consanguineo paulatim accedere Christo.
Ergo animalis homo. quondam nunc spiritus illum
Transtulit ad superi naturam seminis. ipsum
Infundendo deum mortalia viuificantem.
Nunc noua materies solidata intercute flatu.
Materies. sed nostra tamen de virgine tracta
Exiit antiquæ corrupta exordia vitæ.
Immortale bonum proprio spiramine sumens.
Filius ille hominis. sed filius ille tonantis
Iam solum vultum patris aspicit. ⁊ videt ipsum.
Nemo patrem nouit. nisi filius. ⁊ cui monstrat
Filius. ⁊ nostri mediator. ⁊ omnipotentis.
Denique concludam breuis vt compendia summa.
Non pater in carnem descendit. sed patris arcem
Sumpta caro ascendit. natus per vtrumq; cucurrit.

Contra Unionitas. i. Sabelianos hæreticos.



Ede profanator Christi: iam cede
Sabelli.

Depositorq; patris: nati que insane
negator.



Prudentis

Nonne patrem violas: dum natum scire recusas?
 Quandoquidem non est genitor. nisi filius extet.
 Nec vocitare patrem potis es: quem germine fraudas.
 Sed fortasse velis patriæ pietatis honore
 Despoliare deum contentus nomine nudo
 Quod deus est. adunatq; decus patriæ: et generis vim:
 Et quis in idolio recubans inter sacra mille:
 Ridiculosq; deos venerans sale. cespite. ture
 Non putat esse deum summum et super omnia solum:
 Quamuis Saturnis. Junonibus. et Litheræis.
 Portentisq; alijs fumantes consecret aras?
 At tamen in coelum quoties suspexit: in vno
 Constituit ius omne deo: cui seruiat ingens
 Virtutum ratio varijs instructa ministris.
 Quæ gens tam stolidæ est animis: tam barbara linguis?
 Quæ ve superstitio tam sordida: quæ caniformem
 Latrantemq; throno coeli præponat Anubim.
 Nemo Cloacina. aut Tiphonæ super astra deabus
 Dat solium: quamuis solidam persoluat acerram:
 Sacrilegisq; molam manibus rimetur et exta.
 Consule barbati deliramenta Platonis:
 Consule et hircosius Lynceus quod somniat: et quos
 Exit Aristoteles torta vertigine nervos:
 Hos omnes quamuis anceps labyrinthus et error
 Circumflexus agat: quamuis promittere et ipsi
 Gallinam soleant aut gallum: clinicus vt se
 Dignetur præstare deus morientibus æquum:
 Cum ventum tamen ad normam rationis et artis
 Turbidulos sensus. et litigiola fragosis
 Argumenta modis concludunt numen in vnum:
 Cuius ad arbitrium sphaera mobilis atq; rotunda
 Voluatur: seruentq; suos vaga sidera cursus.
 Non recipit natura hominis: modo quadrupes ille
 Non sit: et erecto spectet coelestia vultu:

Apotheosis.

Non recipit: neget vt regimen pollere supremum.
 Istud et ipse Numæ tacitus sibi sensit aruspex.
 Semifer et Scottus sentit cane milite peior.
 Sed nos qui dominum libris et corpore iam bis
 Vidimus: ante fide mor carne et sanguine coram.
 Quinq; voluminibus vatum Cruce teste probatis:
 Rimantes digitos costarum in vulnera cruda
 Absimus. et manuum visu dubitante lacunas
 Scrutati æternum regem cognouimus Jesum.
 Abiurare deo titulum nomenq; paternum
 Credimus esse nefas: qui regem protulit ex se
 Non regem populi Parthorum aut Romulidarum:
 Sed regem summæ et mediæ rationis et imæ.
 Atq; ideo rerum dominum et super omnia regem
 Carnis habet medium. summum patris. et stygis imum.
 Defluit his gradibus: rursusq; reuoluitur in se.
 Est deus. est et homo. fit mortuus. et deus idem est.
 Omnia percurrit naturæ munia prona:
 Ut cursum patris in gremium replicata reportet:
 Abortua quæ fuerant: ipsos quoq; subuehat artus.
 Hæc fore cum veterum cecinissent organa vatum:
 Hos oculis. manibus. congressu. voce. loquela
 Experti heroum tandem intelleximus orsa
 Priscorum: et viso patefacta oracula Christo.
 Hæc est nostra salus. hinc viuimus. hinc animamur.
 Hoc sequimur. nunquam detracto nomine nati
 Appellare patrem. patris et sine nomine nunquam
 Patum nosse deum. nunquam nisi sanctus et vnus
 Spiritus interfit: natumq; patremq; vocare.
 Sic tamen hæc constare tria: vt ne separe ductu
 Tris faciam. tribus his subsistat sed deus vnus.
 Nec pater ipse autem: qui filius. vt quia natum
 Scimus ab innato: vere pater et fata vere
 Sit soboles: nec sit genitor sibi filius ipse.



Prudentis

Siue pater natus fuerit. siue ipse repente:
Perquam ridiculum est et futile: natus ut ex se
Nascendi noua materies: ac se deus vltro
Ediderit: natumque sibi se fecerit ipsum.
Nil falsum aut mandata diuina vocabula fingunt.
Qui pater est: gignendo pater. tum filius ex hoc.
Filius auctore ut genitus quod sit patre summo
Sumus et ipse tamen. nec enim minor aut patre dispar.
Unde in utroque operis forma indiscreta: nisi omnem
Clim maiestatis patrie generosus haberet
Filius: idque deus genitor quod filius esset.
Pergrunt ulterius scrutantes. quid sit id ipsum
Signere: si fas est humanos tendere sensus
Usque ad secretum: quod tempora cuncta diesque
Præuenit antiquos: et principium super ipsum
Eminet: et quodcumque potest homo quærere: transiit.
Cum sit difficilis via noscere principiorum
Semina: cui dabitur mortali exquirere: quid nam
Ultra principium deus egerit: aut quo pacto
Ediderit verbum: quod principio caret omni.
Hoc solum scimus: quod traditur esse deum quod
Non genitus genitor generauerit: vnus et vnum.
Integer integrum. non coeptum sed tamen ortus:
Et conperpetuum retro patri: sed patre natum.
Sed nec decusus pater est: Ut pars patris esset
Filius: extendens nec se substantia tractum
Produxit: minuit ve aliquid de numine pleno:
Dum mutata nouum procudit portio natum.
Non conuertibilis: nec demutabilis vnquam
Est deus: aut gignendo aliquid sibi detrahit: atque
Totus et ex toto deus est de lumine lumen.
Quando autem lumen sine lumine: quando refulgens
Lux fulgore caret: quando est ut prodigium ignis
Iguem deminuat: quando pater et deus et lux

Apotheosis.

Non lucis deus et pater est: qui si pater olim
Non fuit: et seruum genuit post tempora natum:
Fit nouus: inque nouum ius proficit. absit ut vnquam
Plenus proficiat: qui non eget incremento.
Et deus. et genitor. lumenque. et gloria semper
Ille fuit: nec post sibi contulit: ut pater esset.
Sic fit ut æternum credamus cum patre Christum
Illo auctore satum: cui nullus præfuit auctor.
Hæc tu si dubitas nati mysteria Christi
Perdite: catholica non es de plebe: sed vnus
De grege turifero venerator deucalionum.
Deuotus cippo. ficulm stipitis vnctor.
Quin potius scrutare dei signacula in ipso
Fonte vetustatis. percurrere scrinia primi
Scriptoris: quem non Bardus pater. aut auus augur.
Fabula nec veteris fama. nec garrula nutrix.
Nec sago clangore loquax et stridula cornix
Rem docuere dei. sed coram proditus ipse:
Ipse deus trepidum mortalem mitis amico
Imbuunt alloquio: seque ac sua summa reterit.
Amirum meminit scriptor doctissimus illo
Orbis principio non solum nec sine Christo
Informasse patrem facturæ plasma nouellæ.
Fecit ait condens hominem deus: et dedit olli
Quæ dei: quidnam est aliud quam dicere solus
Non erat: atque deo deus adstitebat agenti:
Cum dominus faceret domini sub imagine plasma:
Christus forma patris. nos Christi forma et imago
Condumur in faciem domini bonitate paterna
Venturo in nostram faciem post secula Christo.
Possum multa sacris exempla excerpere libris
Hi refugis: quæ te doceant non in patre solo
Clim maiestatis positam: sed cum patre Christum
Esse deum: velut ille ait genealogus idem.



Prudentis

Adomino dñs flammis pluit in Sodomitas.
Quis dominus? de quo domino? si solus ab arce.
Sydereas spectat pater: aut ardescit in iras?
Filius arm atam domini patris ignibus iram
Spargebat dominus, sunt vnum fulmen vtraq.

Aduersus Iudæos.

Alec si iudaicos sic intellecta rigassent
Auditus: stupidas vt possent tãgere fibras:
Audiissent dominũ virtutum: qui per cõtes
Uenerat vt seruaret oues. s; ab aurib; ois
Fluxerat ornatus: caput z iam coctile Baal
Finxerat: auriculas que suo spoliarat honore.
Dux populi peccantis adest de monte corusci
Luminis: alloquio que dei tabulas que tremendo
Incisas digito cæca ad tentoria desert.
Sed cadit in faciem plebs non visura profunda
Legis in effigie scriptum per ænigmata Christum
Infelix: quæ luce oculos præstricta pauentes
Texerit: z presso faciem velarit amictu.
At nos reiecto Christum velamine coram
Lernimus: atq; deum vultu speculamur aperto:
Nec sub lege graui depressa fronte iacemus:
Sed legis radium sublimi agnoscimus ore.
Heu frondosa prius ramis felicibus arbor:
Pinguibus heu quondam radix oleagina baccis:
Ecce tibi inserto reuirescit nunc oleastro
Truncus: z externi vestitur cortice libri.
Iam miserere tui. non se siluestris oliui
Surculus exultans alieno stipite iactat:
Sed monet vt generis pprij memor vnguine amaro
Contritare comas desuescas: stirpe nec imo
Inuides missis in celsa cacumina virgis.
Blasphemias dominum gēs ingratiissima Christus.

Apotheosis.

Pascha tuum dic dic cuius de sanguine festum
Tam solenne tibi est: quis tandem cæditur agnus?
Zinniculus sacer ille tibi redeuntibus annis
Sed sacer in pecude stultum est sic credere sacrum
Sanguine balantis summos contingere postes
Vascuire choris: simulaginis azimon esse
Cum fermentati turgescant crimine mores.
Non sapiis imprudens nostrum te fingere pascha?
Legis z antiq; præductis pingere sulcis
Omne sacramentum retinet: quod passio vera:
Passio quæ nostram defendit sanguine frontem:
Corporeamq; domum signato conlinit ore.
Hanc fugit exclusis Aegyptia plaga flagellis.
Hæc regis Pharij regnum ferale resoluit.
Deq; potestatis mundanæ grandine densa
Eripit Abraham cum stirpe z gente fideli.
Abrahæ genus est: verum cui sanguis in ore
Creditor: inscriptusq; rubet cui visus in orbe
Haud dubitante fide. deus est deus ex patre verus.
Ille deum vidit: visum mox credidit: at tu
Posteritas carnis carnaliter omnia cernens
Carnis opus sub lege geris: quam spiritus implet
Interior. nec enim lex coelo carnea fluxit:
Quam tu carne colis. sed Christo fixa meamq;
Spem paritura vtero: quam spem nisi numinis alimum
Lumen: z aduentum domini quem viderat Abra
Prima fides: nostrisq; pater promiserat olim
Perspiciendum oculis z legis voce probandum.
Nec solum legis: manq; iam littera Christum
Non habet: aut quæ non scriptorum armaria Christi
Laude referta nouis celebrant miracula libris?
Hebræus pangit stilus. Attica copia pangit.
Pangit: z Tusonix facundia tertia lingua
Pilatus iubet ignorans scriba tripictis



Prudentij

Digere versiculis. quæ sit suffixa potestas
 Fronte crucis. titulus sit triplex triplice lingua:
 Agnoscat iudæa legens. et Græcia norit.
 Et venerata deum perenseat aurea Roma:
 Quicquid in ære canore boâs tuba curua remugit.
 Quicquid ab arcano vomit ingens spiritus haustu.
 Quicquid casta chelys. quicquid testudo refultat.
 Organa disparibus calamis quod cõsona miscent.
 Nemula pastorum quod reddunt vocibus antra
 Christũ cõcelebrat. Christũ sonat. omnia Christũ.
 Aduta etiam fidibus sanctis animata loquũtur:
 O nomen prædulce mihi. lux. et decus. et spes.
 Præsidium que meũ. requies o certa laborum.
 Blandus in ore sapor. flagrans odor. inrigo⁹ fons.
 Castus amor. pulchra species. sincera voluptas.
 Si gens surda negat sibi tot præconia de te
 Tam multas rerum voces. clementaq; tanta
 Munia letitiæ stolidas intrare per aures:
 Audiat insanum bacchantis energia monstri
 Quod rabidus clamat capta inter viscera dæmon:
 Et credat miseranda suis. torquetur Apollo
 Nomine percussus Christi: nec fulmina verbi
 Ferre potest agitant miserum tot verbera linguæ:
 Quot laudata dei resonant miracula Christi.
 Intonat Antistes domini. fuge calide serpens.
 Erue te membris. et spiras solue latentes
 Mancipium Christi fur corruptissime veras.
 Desine. Christus adest humani corporis vltor.
 Non licet vt spoliũ rapias: cui christus inhæsit.
 Pulsus abi ventose loquitur. Christus iubet exi.
 Has inter voces medias Lylleus ardens
 Eiulat: et notos suspirat Jupiter ignes.
 Ecce Herassenos legio ruit affera porcos:
 Et post multiplices busti sub rupe catenas.

Apotheosis:

Poenarum gemitus longis grunitibus edit:
 Clamarat sed ab ore hominis cognoscimus Jesum
 Nate Deo. nate sceptris et germine David.
 Quis sis. quid venias. qua nos virtute repellas
 Mouimus. aduentusq; tui terrore iacemus.
 Hæc Judæa tuas vox non peruenit ad aures.
 Peruenit mentem. sed non penetrauit egenam
 Lucis et a primis foribus disclusa refugit.
 Audiat aduentum domini. quem solus iberi
 Vesper habet roseus. et quem nouus excipit ortus
 Larauit Scythicas verbo penetrante pruinas
 Vox euangelica. hircanas quoq; feruida brumas
 Soluit: vt exutus glacie iam mollior amnis
 Caucasea de cote fluat Rodopeus hebrus.
 Abansuevere Betæ. feritasq; cruenta Heloni
 Lacte mero sitiens exanguia pocula miscet
 Libatura sacros Christi de sanguine potus.
 Mouit et Atlantis pridem plaga perfida Adauri
 Dedere crinitos ad Christi altera reges.
 Ex quo mortalem præstrinxit spiritus aluum
 Spiritus ille dei. deus et se corpore matris
 Induit: atq; hominem de virginitate creauit.
 Delphica damnatis tacuerunt sortibus antra.
 Non tripodas Lortyna regit. non spumat anhelus
 Fata Sibyllinis fanaticus edita libris.
 Perdedit insanos mendax dodona vapores.
 Abortua iam mutæ lugent oracula cumæ.
 Nec responsa refert libycis in syrtibus Ammon
 Ipsa suis Christum capitolia romula moerent
 Principibus lucere deum: destructaq; templa
 Imperio cecidisse ducum. iam purpura supplex
 Sternitur Aeneada rectoris ad atria Christi:
 Vexillumq; crucis summus dominator adorat.
 Principibus tamen e cunctis non defuit vnus



Prudentij

De puero: vt memini: ductor fortissimus armis.
 Conditor z legum celeberrimus. ore manusq;
 Consultor patriæ: sed non consultor habendæ
 Religionis. amans tercentum millia diuum.
 Perfidus ille deo. quamuis non perfidus vrbis
 Augustum caput ante pedes curuare Adinera
 Fictilis: z soleas Junonis lambere plantis
 Herculis aduolui: genua incuruare Diana.
 Quin z Apollineo frontem submittere gypso:
 Aut Pollucis equum suffire ardentibus extis
 Forte litans Decaten placabat sanguine multo.
 Pontificum festis ferienda securibus illic
 Algina vaccarum steterant: vitulasq; reuincta
 Fronte coronatas umbrabat torta cupressus.
 Jamq; insertato referarat viscera cultro
 Clittatus de more senex: mambusq; cruentis
 Tractabat trepidas letali frigore fibras.
 Postremosq; animæ pulsus in corde repenti
 Callidus interpres numeris z sine notabat:
 Cum subito exclamat media inter sacra sacerdos
 Pallidus. en quid ago: maius rex optime maius
 Numen nescio quod nostris interuenit aris:
 Quam sufferre queant spumantia cimibia lacte
 Caesarum sanguis pecudum verbena coronæ
 Accitas video longe dispergier umbras
 Territa Persephonæ vertit vestigia retro.
 Extinctis facibus tracto fugitiua flagello.
 Nil agit hircanum murmur. nil Thessala profunt
 Carmina. turbatos reuocat nulla hostia manes.
 Nonne vides vt turibus frigentibus ignis
 Arceat: vt canis pigrescat pruna fauillis?
 Ecce Palatinus pateram retinere minister
 Non valet. elisa destillant balsama dextra.
 Flamen z ipse suas miratur vertice laurus
 Cedere: z incertum frustratur victima ferrum.

Apotheosis.

Nescio quis certe subrepit chisticolarum.
 Sic iuuenum genus hoc hominū tremis. insula. z omne
 Puluar diuum. lotus procul absit z vnctus.
 Pulchra reformatis redeat Proserpina sacris.
 Dixit. z exanguis conlabitur. ac velut ipsum
 Lerneret exerto minitantē fulmine Christum:
 Ipse quoq; exanimis posito diademate princeps
 Pallet: z astantes circumspicit. ecquis alumnus
 Chismatis inscripto signaret tempora ligno.
 Qui Zoroastros turbas z fronte susurros
 Armigere cuneo puerozum flauicomantum
 Purpurei custos lateris deprenditur vnus.
 Nec negat: z gemino gemmata hastilia ferro
 Projicit: ac signum Christi se ferre fatetur.
 Prosiluit pavidus deiecto Antistite princeps
 Armoreum fugiens nullo comitante sacellum.
 Dum tremefacta cohors dominiq; oblita supinas
 Erigit ad coelum facies: atq; inuocat Jesum:
 Jam ne piget facti: iam poenitet: en tibi Christum.
 Infelix Judæa deum: qui sabbata soluens
 Terrea: mortales æterna in sabbata sumpsit.
 Sentibus emicuit. præfulsit regibus orbem.
 Possidet imperij dominam: sibi cedere Romam
 Compulit: z simulacra deum Tarpeta subegit.
 Disce tuis miseranda malis: quo vindice tandem
 vana superstitio lex z carnaliter acta
 Plectatur. cuius vittus te proterat vltrix.
 destructo ne iacent Salomonia sacra metallo
 Aedificata manu. iacet illud nobile templum.
 Cur iacet: artificis quia dextra solubilis illud
 Lementum. struxit. resolubile iure solutum est.
 Et iacet: in nihilum qm̄ redit onine politum.
 Quod fieri recipit: recipit quandoq; perire.
 Si nostrum contra quod sit. vis discere templum.
 Est illud quod nemo opifex fabrilitate aptans.



Prudentij

Composuit. quod nulla abies pinus ve dolata
 Texuit. exciso quod nunquam morimore creuit.
 Cuius onus nullis fultum subline columinis
 Fornice curuato tenui super arce pependit:
 Sed verbum factum domini. non voce sonora:
 Sed verbo: quod semper erat: verbū caro factus est.
 Hoc templum æternū est. hoc finē non habet. hoc tu
 Expugnare volens flagris Cruce felle petisti.
 Destructum iacuit poenis vexantibus. esto
 Matris enim ex vtero quod destrueretur: habebat.
 Sed quod morte breui materna ex parte solutus est:
 Maiestate patris viuum lux tertia reddit.
 Vidisti angelicis comitatum coetibus alte
 Ire meum cuius feruor munimine templum
 Illius æternæ suspendunt culmina portæ:
 Sic per inaccessas scalarum gloria turres
 Tollitur: et gradibus lucet via candida summis.
 At tua congestæ tumulant holocausta ruinae.
 Quid mereare: Titus docuit. docuere rapinis
 Pompeianæ acies: quibus extirpata per omnes
 Terrarum pelagiq; plagas tua mēbra feruntur.
 Exilijs vagus huc illuc fluitantibus errat
 Judæus: postquam patriæ de sede reuulsus
 Supplicium pro cæde luit: Christi q; negati
 Sanguine respersus commissa piacula soluit.
 En quo prisorum virtus defluxit auorum.
 Seruit ab antiquis delapsa fidelibus hæres
 Mobilitas. sed iam non nobilis illa recentem
 Suspectat captiuam fidem. vis tanta nouellæ
 Credulitatis in est. Christum confessa triumphat
 Vens infusa prius. Christi sed victa negatrix
 Subditur imperio dominos sortita fideles.

Contra heremuncionitas.

Apotheosis.

Quint: qui iudaico cognatum dogma furori
 Instituit: media Christum ratione secuti
 Hoc tantū: qd̄ verus homo est. at coelitus illum
 Adfirmant non esse deum: pietate fatentur:
 Maiestate negant. morum pro laude sacratum
 Concelebrant. adimunt naturæ summa supernæ
 Omne opus egregium: per quod solertia pollens
 Emicat: ingenij est aut roboris. illud acuto
 Corde viget: duris excellit viribus: istud
 Mortale est: sed vtrumq; homini. nam cana senescit
 Ingenia: et validos consumunt secla lacertos.
 Hæc nos in domini virtute et laude perenni
 Non sequimur: sequimur nullo quod semine terræ
 Germinat in mundum: quod non de labe virili
 Sumit principium. tener illum seminat ignis:
 Non caro. non sanguis patrus. nec foeda voluptas
 Intactam thalami virtus diuina puellam
 Sincero afflatu per viscera casta maritat.
 Incomperta ortus nouitas iubet vt deus esse
 Credatur. Christus sic conditus. innuba virgo
 Hæbit spiritui vitium nec sentit amoris.
 Pubertas signata manet. grauis intus: et extra
 Incolumis florens. de fertilitate pudica
 Jam mater: sed virgo tamen: maris inscia mater.
 Quid renuis: quid inane caput nō credule quassas:
 Angelus hoc sancto pronunciat ore. placet ne
 Credere: et angelicis aurem referare loquelis:
 Ipsa coruscantis monitum sacra virgo ministri
 Credidit: atq; ideo concepit credula Christum.
 Credentes nam Christus adit. dubitabile pectus
 Sub titubante fide refugo contemnit honore.
 Virginitas et prompta fides Christum bibit alio
 Cordis: et intactis condit paritura latebris.
 Crede quod emissus folio patris angelus infit.

e iij



Prudentij

Vel si concretus liquidam de sidere vocem
 Non capit auditus: mulier quid coniuge pregnant
 Clamet anus credens: et tandem sobrius audi.
 Mira fides. vtero interceptus anili
 Virgineum dominum materno ex ore salutat.
 Primus et infantem non natus nunciat infans
 Jam nostrum vagire sibi. nam pugio nondum
 Morat: et orat deo referabat garrula Christo.
 Promite secretos. fastos date. pandite librum:
 Quomuit spirante deo quem sanctus Laïas
 Percēdere libet: calamiq; reuoluere sulcos:
 Sydereis quos illa notis manus aurea duxit.
 Ite hinc dum rutilos apices submissus adoro:
 Dum lachrymas venero. dumq; oscula dulcia figo.
 Gaudia concipiūt lachrymas. dant gaudia fletum.
 Aduenit promissa dies: quem dixerat iste
 Adfore versiculus cum virgo puerpera teste
 Haud dubie sponso: pacti cui cura pudoris
 Edidit: Emanuelq; in eum me cernere fecit.
 Est ne deus iam noster homo: versatur et astat
 Nobiscum. nomenq; probat. versumq; vetustis
 Obscurum seclis præsenti inluminat ore.
 Est ne deus: cuius cunas veneratus eous
 Lancibus auratis regalia fercula supplex
 Virginis ad gremium pannis puerilibus offert:
 Quis tam pennatus: rapidosq; simillimus auro
 Nuntius auroræ populos atq; vltima bactra
 Attingit inluxisse diem lactantibus oris:
 Qua tener innupto penderet ab vberibus Christus.
 Quidimus hunc aiunt puerum per sidera ferri:
 Et super antiquos signorū ardescere tractus.
 Dirigit trepidans Chaldaeo in vertice pernox
 Astrologus cessisse Anguem fugisse Leonem.
 Contraxisse pedes lateris manco ordine Cancrum.

Apotheosis.

Cornibus infractis domitum mugire Iuuentum.
 Sidus et Hyrcinum laceris marcescere villis.
 Labitur hinc pulsus puer Hydrus. inde Sagittæ
 Palantes Beminos fuga separat. improba Cirgo
 Prodit amatores tacitos in fornice mundi.
 Quinq; alij horrificis pendent in nubibus ignes
 Luciferum timuere nouum. rota lurida solis
 Hæret et excidium sensit iam iamq; futurum.
 Sed die medio velandam tegmine glauco.
 Splendoremq; poli periturum nocte diurna
 Orbe repentinis caput obnubente tenebris.
 Hunc ego non cumulē myrrhæq; et turis et auri
 Abuneribus. scio quem videā. quæ dona rependam.
 Hunc ego non venerer: qui coelo visus humiq;
 Inuentus rex atq; deus moderatur vtrumq;
 Naturæ specimen: tumuloq; inferna refringens
 Regna resurgentes secum iubet ire sepultos.
 Coelum habitat. terris interuenit. abdita rumpit
 Tartara. vera fides deus est: qui totus vbique est.
 Nunquid vana viros aut mēs aut lingua fefellit:
 Nunquid fortuitis frustrantia dona dederunt
 Casibus: aut cæco votum sub honore dicarunt:
 Quæ porro causa aut ratio submittere colla
 Ante pedes Mariæ: pueriq; crepundia parui:
 Si tantum mortalis erat: nec summa potestas
 Implebat teneros diuinis flatibus artus.
 Sed iam tolle magnos. tus. aurum. myrthea dona:
 Quæ verum docuere deum: præsepia. pannos.
 Matris adoratum gremium. face syderis ardens
 Ipsa deum virtus factorum et mira loquantur:
 Insanos video subito mitescere ventos:
 Cum iubeat Christus. video luctantia magnis
 Aequora turbantibus tranquillo marmore tendi
 Imperio Christi. video calcatus eundem

e itij



Prudentij

Cum patitur gurgis tergum solidante liquore
 Ipse super fluidas plantis nitentibus vndas
 Ambulat: ac pressofirmat vestigia fluctu.
 Increpat ipse notos: et flatibus oria mandat
 Quis iubeat seuis aquilonibus (ite, silete
 Carceribus vestris, amploq; facessite ponto)
 Sit nisi ccelipotens aquilonum conditor idem.
 Inguis agnoscit boreas: atq; imbufer eurus
 Nimborum dominum tempestatumq; potentem:
 Excitamq; hyemem verrunt ridente sereno.
 Quis pelagi calcarit aquas: quis per vada glauca
 Gressibus impressis spaciatus triuerit v dum
 Non submersus iter sola pendulus et pede sicco
 Nequora nisi factor aquae: qui spiritus olim
 Ore superfusus patrio volitabat in vndis
 Mondum discretis: nec certo litore clausis.
 Sustinuit gressum domini famulus liquor: ac se
 Mobilitate carens solidos substrinxit adusus.
 Quid diuersa dei memorem facta inclyta Christi:
 Altius inspecta quae maiestate negantur?
 Haud dubitans hominē tute ipse fatebere numen.
 Inleuit caecos oculos: et lumina limo
 Reddidit, humectam sacro sputamine terram
 Contrectans digitis luteum medicamen operta
 Nos habuit, tenebras obducta vligo remouit,
 Insuper ostendit quo nam caligo lauacro
 Expurganda foret, varijs siloares fundit
 Momentis latices: nec fluctum semper anhelat:
 Sed vice distincta largos lacus accipit haustus.
 Agmina languentum sitiunt spem fontis auari
 Membrorum maculas puro abluitura natatu.
 Certatim interea rozanti punice raucas
 Expectant scatebras: et sicco margine pendent.
 Hoc limum iubet impositum de fonte lauari

Apotheosis:

Christus: et infusa vultum splendescere luce.
 Florat enim limo sese informasse figuram
 Ante tenebrosam: proprii medicamen et oris
 Adiecit nouo quem primum sinxerat Aldæ.
 Nam sine diuino domini perflamine summi
 Arida terra fuit, nulli prius apta medelæ.
 Sed postquam liquidus coelestis spiritus ore
 Virgineam resperfit humum, medicabilis illa est.
 Inde trahit succum, lentosq; humore salutem
 Inlimit, infunditq; diem baptismate lota.
 Læcus adest oculis iam Christi ex ore relectis.
 Sed luto et nitidis lucem sumpsisse fluentis
 Clamat, et authorem stupefacta per oppida mōstrat
 Authorem lucis, largitoremq; dierum
 Non dedignatum medicæ purgamina lymphæ
 Corpore sub proprio monstrare errantibus ægris.
 Millibus ex multis paucissima quæq; reteram.
 Summatim relegam totus quæ non capit orbis.
 Quinq; in deserto panes iubet, et duo pisces
 Adponi in pastum populis, qui forte magistrum
 Non reuocante fame stipabant vndiq; septum.
 Inmemoresq; cibi vicos, castella, macellum,
 Oppida, mercatus, et conciliabula, et vrbes
 Respuerant: largo contenti dogmate vesci.
 Multa virum strato feruent conuiuia foeno.
 Lentenos simul accubitus iniecere sodales.
 Sedq; per innumeras infundunt agmina mensas.
 Pisciculis iam crede deum saturanda duobus.
 Et paucis crescente cibo per fragmina crustus
 Ambelis dapibus cumularim aggesta redundant
 Fercula, bisseos micarum molibus implent
 Post coenam cophinos, crudus conuiuare sudat
 Longeriem ventris, gemit et sub fasce minister.
 Quis cumulare potest epulas in grandia paruas?



Prudentis

Quis nisi. qui corpus. partumq;. z corporis omnem
Condens ex nihilo nulla existente creauit
Mundum materia: non sicut sculptor ab aeris
Rudere decoctam consuefcit viuere massam.
Sed deus omnipotens orbem sine semine finxit
Nil erat omne quod est. nil id procedere z esse.
Atq; nouum fieri mor. z grandescere iussum est.
Paruum de nihilo primum fuit. addita paruo
Incrementa modis auferunt omnia plenis.
Ergo ego cum videam manibus sic crescere Christi
Parua alimenta hominum: possum dubitare per ipsum
Exiguas rerum species elementaq; mundi
Ex nihilo primum modica. z mor grandia sensim
Creuisse ex modicis: quæ consumata videmus.
Ac ne post hominum partus calcata perirent:
Neue relicta lupis ait: aut vulpibus exiguisue
Muribus in prædam nullo custode iacerent.
Bis sex appositi cumulati: qui bona Christi
Seruarent grauidis procul ostentata canistris.
Sed quid ego hæc autem titubanti voce retero?
Indignus qui sancta canam: procede sepulchro
Lazare: dic cuius vocem tellure sub ima
Audieris: quæ vis penetrauerit intima leti.
Quod cum te Christus penitus migrante profundo
Immersum vocat: vt redeas: ceu proximus audis.
Nec remoratus ades. quæ tam vicina charybdis.
Regna tenebrarum tenui distantia sine
Coniungit superis: vbi tenara tristia vasto
In præceps deiecta chaos: latebrosus z ille
Annis inexpletis voluens incendia ripis.
Ante fores tumuli. quas sara immania duro
Obiice damnarant. scopulosis substructa cauatis
Stat dominus: nomenq; ciet frigentis amici.
Nec mora funereus reuolutis rupibus horro:

Epithosis.

Euomit exequias gradiente cadauere viuas.
Soluite iam lætæ redolentia vincla sorores.
Solus odor sparsi spiramen aromatis efflat.
Nec de corporeo midorem sordida tabo
Aura refert oculos sanie stillante solutos.
Pristinus in speculum decore excitat: z putrefactas
Lincta rubore genas paulatim purpura vestit.
Quis potuit fluidis animam suffundere membris?
Mimirum qui membra dedit. qui fictilis vluæ
Perflauit venam madidam. cui tabida gleba
Traxit sanguineos infecto humore colores.
O mors auritis iam mitis legibus: o mors
Surda prius iam docta sequi quacumq; iubetur.
Cui tantum de te licuit conuicta fatere
Esse deum: solus qui me tibi præripit Jesum.
Abde negatores Christi nemo inuidet. abde
Uttere sorte tua blasphemis nocte tenendis.
Perpetuam plebem iustorum capta resolue.
Qui norunt hominem atq; deum sic dicere Christum
Ut verus summusq; deus mortalia gestet
Ipse gerit: quod struxit opus. nec ferre pudefcit
Factor: quod peperit. corpus loquor atq; anime vim.
Finxerat hoc digitis. animam susflauerat ore.
Totum hominem deus adsumit: quia totus ab ipso est.
Et totum redimit. quem sumpserat. omne reducens
Quicquid homo est. istud tumulis: ast illud abyffo.

De natura Animæ.

Currit dubitans hic dissertator: z illud
Obijcit: an ne fides capit. vt substantia flante
Inspirata deo cruciatum sentiat: vtq;
Inferni petat ima poli: barathroq; coquatur.
Crede animam non esse deum: sed crede creatis



Prudentij

Maiorem cunctis. ipsam quoque crede creatam.
 Formata est namque ore dei: quæ non erat ante:
 Sed formata habitu pulcherrima: pictaque rebus
 Diuinis: et plena deo: similisque creati:
 Non tamen ipsa deus. quoniam generatio non est:
 Sed factura dei est. solus de corde parentis
 Filius emicuit. verus deus ille: sed istud
 Conlatum est animæ subito: ut quæ non erat: esset.
 Ille coeternus patris est: et semper in ipso.
 Nec factus: sed natus habet quodcumque paternum est.
 Hæc similis velut umbra dei est. sic ipse locutus
 Factor: utroque hominem meditans de figuræ iunctis
 Edificare sui similem: sed non habet umbra
 Quod corpus solidum: cuius imitatio in umbra est.
 Atque aliud verum est: aliud simulatio veri.
 Est similis: seclis quod non consumitur ullis.
 Quod sapiens iustique capax reginaque rerum
 Imperat. ante vidit. perpendit. præcauet. insit.
 Verborum morumque opifex instructaque mille
 Artibus: et coelum sensu præcurrere docta.
 His animam similem sibi conditor effigauit
 Cætera dissimilem. quippe hanc comprehendere promptum est:
 Quem modus et species determinat. at deus ingens
 Atque superfusus trans omnia nil habet in se
 Extremum: ut claudi valeat: sensuque teneri.
 Incomprenta manet virtus: cui linea deficit
 Ultima: quam spacium non mensurabile tendit.
 Ergo animam factam magno et factore maiorem
 Maioremque aliis atque omnibus imperitantem
 Corruptela putris nascentem turbida carnis
 Concipit: ac membris tabentibus interfulam
 Participat de fece sua. fit mista deinde
 Peccandi natura luto cum simplice flatu.
 Sed fortasse animam dominum quia fluxit ab ore

Alpotheosis.

Compositam factamque neges: velut ipsa dei pars.
 Quod dictu scelus est: tetras trahat oblita culpas:
 Et pessum damnata ruens chaos intret opertum.
 Sit res illa dei non abnuo: pars tamen illa
 Naudquaquam dicenda dei est: quæ tempore coepit.
 Nec prior: aut senior quam primum plasma putanda est.
 Tunc etenim factam vidit concordis amici
 Intrauit germana domum: limique recentis
 Hospita et ipsa recens fraterna sedit in aula.
 Illa quidem status domini est: sed spiritus et vis
 Non est plena dei. tanto moderamine missa:
 Quantum flans voluit flandi seruare tenorem.
 Est impossibile spectare profunda sabaoth.
 Sed speculum deitatis homo est. in corpore discas
 Rem non corpoream soleres interprete Christo:
 Qui patrem proprium mortali in corpore monstrat.
 Perspice quam varios fundamus ab ore vapores.
 Spiramus quoties animæ sufflabilis auras.
 Nunc flatum tepidum calor exhalatus anbelat
 Rozantes nebulas vdis de faucibus efflans.
 Cum libet in gelidum flabrali frigore ventum
 Spiritus existit tenuis: et sibilat aer.
 Adde et distinctum quem musica tibia flatum
 Concipit aut ille est presso modulamine parcus.
 Aut tumidum largo sublimat flamine bombum.
 Aut raucos frangit modulos. aut lene susurrat.
 Aut exile trahens sonitus producit acutos.
 Aut murmur tenerum sublidit voce minuta.
 Hæc cum te videas mortali in corpore posse:
 Cur non æternum potuisse infundere credas
 Qualem animam voluit: præscriptis quæ quia cõdes
 Efflauit: fuditque modis: sit facta necesse est.
 Denique multa sapit: sed non sapit omnia nostræ
 His animæ certum sapere ac prænoscere iussa.



Prudentis.

Jam cui certus inest modus: et cui nosse negatus est
 Omnia factura est: nam condita et aucta probatur.
 Collige de simili sit ne hæc factura, creauit
 Nempe manus domini corpus mortale: lutumq;
 Composuit digitis: nunquid manus articulatum
 Est digesta dei: nunquid vola? nunquid et vngues
 Claudere flexibiles: patulam seu tendere palmas?
 Ista figura manus nostræ est: quam non habet in se
 Incircumscriptus dominus: sed tradita forma est.
 Humanis quæ nota animis daret intellectum:
 Ut per corpoream speciem plasmasse feratur
 Corporis effigiem, sic est plasmata vicissim
 Flatu incorporeo res stabilis oris: et esse
 Fertur opus, tenuis per quod constructa refulsit.
 Forma animæ: atq; rudi factam se munere sensit.
 Si non est factura manus caro nostra: nec oris
 Est factura anima flatu et spiramine coepta:
 Inq; locum deducta aliquæ, namq; oë quod hora
 Natalis profert: locus accipit, et locus vllus
 Quod cohibere potest: modicū est: nec in oia fusus.
 Et quod tam modicū est: vt certa cede locetur:
 Jam titubare potest, et quod titubauerit: intra
 Naturam vitij est vitiosum deniq; triste
 Recidit in poenam: deus hoc mihi credite non est.
 Aut si maiestas anima est: ostendite quid sit:
 Quod lapsa Lubilisq; inopem noua gratia misdat.
 Spiritus et sanctus baptismate iustificatam
 Mobilitat: famuleq; decus quod defuit, addit.
 Quod quia prestatur meritis: meritisq; negatur:
 Absurde fertur deus aut pars esse dei, quæ
 Diuinum summumq; bonum de fonte perenni
 Nunc bibit obsequio: nūc culpa aut crimine perdit.
 Et modo supplicium recepit, modo libera calcet.
 Miraris peccare animam: quæ carne coactam
 Sortita est habitare domum: cum peccet et ipse.

Epithosis.

Angelus: hospitium qui nescit adire caducum
 Gratis tabiflux, peccat: quia factus et ipse est
 Non genitus: quocunq; modo sit factus: id vnus
 Scit factor dominus, factum mihi credere sat sit.
 Solus labe caret peccati conditor orbis.
 Ingenitus genitusq; deus pater et patre natus
 Solus et exceptus tormentum admittere triste
 Inuiolatus agit: nec quicquam sentit acerbi.
 Exortem dic esse animam crucis atq; doloris:
 Si culpe immunem vacuamq; crimine nosti.
 Quæ peccare valet: valet et succumbere poenæ.
 Ipsa quidem sincera fuit dum conditur olim,
 Que conlata rudem fecit viuiscere limum:
 Ut pote de liquido naturæ semine primos
 Accipiens habitus superq; expressa sereno.
 Sed mox vt grauido iussa est innectier aruo:
 Suauibus inlecebris nimium blandita refrixit:
 Deq; volutabris pretiosum polluit ignem:
 Dum transgressa dei positum fas improba calcet.
 Hæc prima est natura animæ, sic condita simplex
 Decidit in vitijum per sordida foedera carnis.
 Erin tincta malo precamine principis Adæ
 Infecit genus omne hominum: quod pululat inde:
 Et tenet ingentis animarum infantia in ortu
 Primi hominis maculas: nec quisquā nascitur ifons.
 Vitandus tamen error: erit: ne traduce carnis
 Transfundi in sobolem credatur fons animarum
 Sanguinis: exemplo cui terta propagine vena est.
 Non animas animæ pariunt: sed lege latenti
 Fundit opus natura suum: quo paruula anhelent
 Vascula: vitalisq; adsit scintilla coactis.
 Quæ quamuis infusa nouum penetret noua semper
 Figmentum: vetus illa tamen de crimine auorum
 Dicitur in luto: quoniam concreta veterno est.



Prudentij

Inde secunda redit generatio: z inde lauat
Naturæ inluuies: iterumq; renascimur intus
Perfusa: vt veterem splendens anima exuat Adam
Quæ quia materiam peccati ex fomite carnis
Consociata trahit: nec non simul ipsa sodali
Est incentiuum peccaminis: implicat ambas
Et index poena reas peccantes mente sub vna:
Peccandiq; cremat socias cruciatibus æquis.
His crucibus Christus nos liberat incorruptæ
Matris z innocui gestator: corporis vnus.
Naturam poenæ expositam: sed non vitiorum
Naturam expositam contactibus: induit Jesus.
Atq; ideo poenæ nil debuit intemeratus.
Fraude carens omni. culpæ aspergine libet.
Quid Christi in membris peccati sæua satelles
Poenæ ageret: quid mors hominis sine crimine posset?
Mimirum cassis conatibus z sine neruis
Consideret sterilis peccati fomite nullo.
Adors alitur culpa. culpam qui non habet ipso
Pastus defectu mortem consumit inanem.
Sic mors in domini consumpta est corpore Christi.
Sic perijt solitum dum non habet arida pastum.
Suspice quapropter solum inculpabile numen
Virtutem patris z Christi: z iam desine nostræ
Inuidiam conflare animæ: quod sit deus: aut quod
Portio parua dei: cum Christo abscidere quicquã:
Et refecare deo partem: vel carpere tantum
Numen non liceat plenum sibi semper z in se.

Aduersus phantasticos. qui Christum negant ve-
rum hominis corpus habuisse.

Est operæ precii nebulosi dogmatis vmbra
Prodere: q; tenues atomi compage minuta

Apotheosis.

Instituunt. sed cassa cadit: ventosq; liquefcit
Assimilis: fluxu nec se sustentat mani.
Ærium Manicheus ait sine corpore vero
Peruoluisse deum mendax fantasma: causaq;
Corporis effigiem nil contrectabile habentem.
Ac primum specta an deteat quicquã simulatum
Adsignare deo: cuius mera gloria falsi
Nil recipit membris hic se fallacibus aptans
Fingeret esse hominem ventos ac subdolos arte
Adentitus toties: cum diceret inueteratis
Do veniam morbis: simul et peccata remitto:
Filius est hominis: pestem qui pellere carnis
Et scelerum nexus laxare et soluere possit.
Surge valens. surge innocuus. iam tolle grabatum.
Filius hoc hominis iubeo. dignus ne videtur:
Qui testis sibi sit: seq; ac sua carnea nox.
Quid cum discipulos hominis quid filius esset
Passurus fido iam præsciis ore monebat:
Non ne fatebatur secum virtute paterna
Esse hominem verum: quod si non credo: sefellit.
Si natura dei quæ sit Manichee hæc requiris:
Omne quod est: verum est: nam si mendosus ait quid
Nec deus est: mendum diuinus non capit vsus.
Obicis æterno domino: quod lubricus ad nos
Uenerit adsimulans aliud: quam verus habebat.
Obmutescere furoz. linguam canis improbe morde
Ipse tuam. lacero consumens verba palato.
Latranti obsistit Matthæus: rabiemq; refellit:
Qui notat omne genus carnalis stirpis adusq;
Corporeum Christum per sex septena virozum
Nomina descendens: z venam sanguinis alti
Ex atavis longo texens per stemmata filo.
Septimus hebdomadi venit super addere sextæ
Dunc numerum Christus: placidus qui conficit am



Prudentis

Cuncta remittentem contractibus inlaqueata
Multimodis: hominēq; hominis de morte leuantē.
Imperfectus enim limus mortalis erat tunc.
Vir solus perfectus adest atq; integer Iesus:
Lui nihil ex septem septenis defuit: ex quo
Perficeret mortale genus virtute perenni.
Hic ille est nobis: qui septima sabbata complet:
Ut caro nostra deo tandem sociata quiescat:
Quam bis terna malis verabāt sabbata noxis.
Curramus nobis gradibus: tergumq; sequamur:
Progeniem Christum inuenies de carne parentis
Effluisse hominum: qui sit de semine Dauid
Stirpe recensita numerandus sanguinis hæres.
Quid cum sanctilogus reuoluto germine Lucas
Sursum versus ait seriem scandente nepotis
Corpore: perq; atavos cursum relegente vetustos
Septenos decies conscendit Christus in ortus.
Et duo nam toridem doctores misit in orbem
Descensos nascendo gradus redeundo retextit
Actus ad usq; apicem terreni corporis adam.
Inde parens deitas recipit sua nostraq; mistum:
Fitq; dei summi per Christum filius adam.
Restat vt aeriam pingas ab origine gentem
Ærios proceres leui. ludam. Simeonem.
Ærium Dauid magnorum corpora regum
Æria. atq; ipsam foecunda virginis aluum
Ære fallaci: nebulisq; et nube tumentem.
Eanescat sanguis perflabilis. ossa liquefiant
Mollia. neruorum pereat textura volantum.
Omne quod est gestum: notus auferat irritus. auræ
Dispergant tenues. sit fabula quod sumus omnes.
Et quid agit Christus: si me non suscipit? aut quem
Liberat infirmum: si dedignatur adire
Larus onus: manuumq; horret monumēta suarum?

Apotheosis.

Indignum ne putat luteum consciscere corpus?
Qui non indignum quondam sibi credidit ipsum
Pertractare lutum: cum vas componeret aruo
Fondum viscereo: sed inertis gultine limi:
Impressosq; putres sub pollice duceret artus:
Tantus amor terræ: tanta est dilectio nostri.
Dignatur prepinguis humi comprehendere mollem
Diuinis glebam digitis: nec sordida censet
Hærentis massæ contagia. iusserat vt lux
Confieret: facta est: vt iusserat. omnia iussu
Imperitante nouas traxerunt edita formas.
Solus homo emeruit domini formabile dextra
Os capere: et stabro deitatis figmine nasci.
Quorum igitur limo tanta indulgentia nostro
Contigit: vt domini manibus tractatus honora
Arte sacer fieret tactu iam nobilis ipso?
Decrerat quoniam Christum deus incorrupto
Admiscere solo: sanctis quod fingere vellet
Dignum habuit digitis: et carum condere pignus.
Destituit natura quidem destructa coactæ
Telluris formam: mortiq; obnoxia cessit:
Sed natura dei nunquam soluenda caducam
Tellurem nostro vitiatam primitus vsu
Esse suam voluit. nec iam vitabilis esset.
Christus nostra caro est. mihi soluitur. et mihi surgit.
Soluor: morte mea. Christi virtute resurgo.
Cum moritur Christus: cum flebiliter tumulatur:
De video. et tumulo cum iam remeabilis adstat:
Cerno deum. si membrorum phantasma meorum est:
Et fantasia dei est. mendax in vtroq; necesse est
Sit Christus species: si Christus fallere nouit.
Si non verus homo est: quem mors hominē pbat ipsa:
Nec verus deus est: operis quem gloria prodit
Esse deum. vel crede mori. vel ad esse refelle.



Prudentij

Et gemina verum Christum ratione negato.
Nam quid magnificum: si non est mortuus Iesus.
Et redit illa dei iustus memorabilis. est vt
Occisus redeat superis. surgatq; sepultus.
Quisq; deum Christum vult dicere: dicat eundem
Esse hominē: ne maiestas sua fortia perdat.

De resurrectione carnis humanæ.

Nosco meū in Christo corpus consurgere. quid me
Desperare iubet: veniam: quibus ille reuenit
Calcata de morte vijs. quod credimus hoc est.
Et totus veniam. nec enim minor aut alius quam
Functum. restituar. vultus. vigor: et color idem
Qui modo viuit: erit. nec me vel dente vel vingue
Fraudatum remouet patefacti fossa sepulchri.
Qui iubet vt redeam: non reddet debile quicquam.
Nam si debilitas redit: instauratio non est.
Quod casus rapuit. quod morbus. quod dolor hausit.
Quod truncauit edax senium populante veterno:
Omne reuertenti reparata in membra redibit.
Debet enim mors victa fidem: ne fraude sepulchri
Reddat curtum aliquid: quamuis iam curta vorauit
Corpora debilitas. tamen et violentia morbi
Virtus mortis erat. reddet quod particulatum
Sorbuerat. quodcumq; modo ne mortuus omnis
Non redeat: si quid pleno de corpore desit.
Pellite corde metum mea membra et credite vosmet
Cum Christo reditur a deo. nam vos gerit ille:
Et secum reuocat. morbos ridete minaces.
Inflictos casus contemnite. tetra sepulchra
Despuite. et surgens quo Christus prouocat: ite.

Finit Apotheosis.

Amartigenia

Aurelij Prudentij Clementis viri Con-
sularis Amartigenia.



Matres Ephebi fossor et pastor duo:
Quos foeminarum prima primos precat:
Sistunt ad aram de laborum fructibus
Deo sacrandam munerum primordia
Hic terrentis: ille viuis fungitur.
Certante voto discrepantes immolant
Foetum bidentis alter: ast alter scrobis.
Deus minoris comprobant hostiam.
Reiecit illam: quam parauit grandior.
Vox ecce summo missa per sultat throno.
Lain quiesce. namq; si recte offeras:
Oblata nec tu lege recte diuidas:
Peruersa nigram vota culpam traxerint.
Armat deinde parricidalem manum.
Frater probatae sanctitatis æmulus
Bermana curuo colla frangit sarculo.
Abundum recentem cæde tingit impia:
Sero expiandum iam senescentem sacro
Lruore Christi: quo peremptor concidit.
Adors prima coepit innocentis vulnere:
Cessit deinde vulnerato innocuo.
Per crimen orta: dissoluta est crimine.
Abel quod ante perculit: Christū dehinc.
Finita et ipsa est finis exortem petens
Ergo ex futuris prisca coepit fabula.
Factoq; primo res notata est vltima.
Ut ille mortis inchoator rusticus
Infulsa terræ deferens libamina:
Deumq; rerum mortuarum deputans
Rastris redacta digna sacris crederet:



Prudentij

Uiventis atrox emulatoꝝ hostiæ:
Agnosco nempe: quæ figura hæc denotet.
Quis fraticida. quis peremptor inuidus
Praue sacroꝝum disciplinam diuidat:
Adactare dum se vota censet rectius.
Mortionarij forma corruptissimi
Docet duetas discrepare a spiritu
Contaminate dona carnis offerens:
Et segregatim numen æternum colens.
Qui si quiescat: nec monentem negligat:
Pacem quietam diligat germanitas
Unum atq; viuum fassa viuozum deum.
Hic se caduco dedicans mysterio
Summam profanus diuidit substantiam:
Abalun bonumq; ceu deozum seperans
Regnum: duozum scepra cõmittit: duo
Deum esse credens quem fatetur pessimum.
Cain cruentus. vnitatis inuidus.
Aundi colonus. immolator squallidus.
Cuius litamen sordet: et terram sapit.
Terram caduci corporis venam putrem
Humore denso conglobatam. et puluere
Natura cuius fraude floret fertili
Foecunda fundens noxiõꝝum crimina.
Animaq; vitam labe carnis enecat.
Laro in sorozem tela mentem dirigit.
Adens illecebro ventilatur ebrius.
Ex quo furores succulentos colligit
Abadens veneno corporis lymphatico.
Deum perennem findit in duos deos.
Audet secare nomen insecabile.
Cadet peremptor denegans vnum deum.
Cain triumphat morte fratris alius.

Amartigenia

Aduersus Marcionitas. qui duos deos esse affirmabant.

Q Uo te præcipitat rabies tua perfide Cain
Diuisor blasphemæ dei: tibi conditor vnus
Non liquet: et bifidæ caligant nubila lucis.
Insincera acies duo per diuortia semper
Spargitur in geminis visum frustrata figuris.
Terrarum tibi forma duplex obcludit: vt excors
Diuiduum regnare deum super ethera credas:
Bina boni atq; mali glomerat discrimina sordens
Hic mundus: domino sed coelum obtemperat vni.
Non idcirco duos retinent coelestia reges:
Quod duo sunt opera humanas agitantia curas.
Exterior terrenus homo est: qui talia cernens
Coniicit esse duo variaruz numina rerum:
Dum putat esse deum: qui parua effuxerit olim:
Et qui recta itidem condens induxerit: ambos
Autumat esse deos natura dispare summos.
Quæ tandem natura potest consistere duplex:
Aut regnare diu: quam fons diuisus ab arce
Seperat: alternatq; apicum ditone recidit.
Aut vnus deus est: rerum cui summa potestas:
Aut quæ iam duo sunt: minuuntur dispare summo.
Porro nihil summum: nisi plenis viribus vnum:
Distantes quoniam proprium dum quisq; reuulso
Vindicat imperio: nec summa nec omnia possunt.
Ius varium non est plenum: quia non habet alter:
Quicquid dispar habet: cumulum discretio carpit.
Nos plenum sine parte deum testamur z vnum:
In quo Christus inest. idem quoq; plenus z vnus.
Qui viget: ac viguit super omnia: quicq; vigebit
Participem nullum conlato foedere passus.
Summa potestatum. simplex dominatio rerum.
Virtutum sublime caput. fons vnicus orbis.



Prudentis

Naturalis apex. generisq; & originis auctor.
Ex quo cuncta fluunt & lux & tempora & anni
Et numerus. qui post aliquid dedit esse secundum.
Unus enim princeps numeri est: nec dinumerari
Tantum vnus potis est. sic cum pater: ac deus alter
Non sit: item Christus non sit genitore secundus.
Anterior numero est: cui filius vnicus vni est.
Ille deus meritoq; deus: quia primus & vnus
In virtute sua. primus tum primus in illo
Quem genuit. quid enim differt generatio simplex.
Unum semper erit gignens: atq; vnus ab vno
Ante chaos genitus. numeroq; & tempore liber.
Quis dixisse duos rem maiestate sub vna
Regnantem propriamq; sibi retroq; perennem
Ausit? & vnus naturæ excindere vires?
Anquid adoptiuum genitor sibi sumpsit: vt alter
Externi generis numerum præstare duorum
Debeat: & geminum distans inducere numen?
Forma patris veri verus stat filius: ac se
Unum rite probat dum formam seruat eandem.
Non amor: adscitus sociat: nec iungit vtrumq;
Coniurata fides: pietas sed certa: genusq;
Unum quod deus est: summâ reuocatur ad vnam.
Hæc tibi Marcion via displicet: hanc tua damnat
Secta fidem dominis coelum partita duobus.
Quæ te confundunt nebulae: quis somnus inertis
Incubat ingenio: cui per phantasmata duplex
Occurrit species biuidi dispersa superno?
Si vim mentis hebes stupor obsidet: aspice saltem
Obuia terrenis oculis elementa: quibus se
Res occulta dei dignata est prodere signis.
Heresin hanc præsauga patris præuiderat olim
Maieestas fore: quæ rectorem lucis & orbis
Scinderet in partes geminatum segrege regno.

Amartigenia.

Idcirco specimen posuit spectabile nostris
Exemplumq; oculis: ne quis duo numina credat.
Vna per immensam coeli caueam reuolutos
Præbet flamma dies. textit sol vnicus annum.
Triplex ille tamen nullo discrimine trina
Subnixus ratione viget. splendet. volat. ardet.
Adotu agitur. seruore cremat. tum lumine fulget.
Sunt tria nempe simul lux. & calor. & vegetamen.
Vna eademq; tamen rota sideris indiscretis
Fungitur his: vno seruat tot munera ductur:
Et tribus vna subest mistum substantia rebus.
Non conferre deo velut æquiparabile quicquam
Ausim: nec domino famulum componere signum
Ex minimis: sed grande suum voluit pater ipse
Coniectare homines. quibus ardua visere non est.
Paruorum speculo non intellecta notamus.
Et datur occultum per proxima quærere verum.
Nemo duos soles nisi sub glaucomate vidit.
Aut si fusca polum suffudit palla serenum
Oppositus quoties radiorum spicula nimbus
Igne percusso mentitus spargit in orbes.
Sunt animis etiam sua nubila crassius & aer.
Est glaucoma aciem quod tegmine vellet aquoso
Liberane tetrum penetret meditatio coelum.
Neue deum rapidis comprehendat sensibus vnum
Spargitur in bifidas malefana intentio luces.
Et duplices geminis auctoribus extruit aras.
Si duo sunt igitur. cur non sint multa deorum
Ayllia? cur numero deitas contenta gemello est?
An non in populos dispersa examina diuum
Fundere erat melius: mundumq; implere capacem
Semideis passim nullo discrimine monstros?
Quis fera barbaries perituros mactat honores:
Disona discretum retinent si numina coelum.



Prudentij

Conuenit et nebulis. et fontibus. et reboanti
Oceano. et siluis. et collibus. et speluncis.
Fluminibus. ventis. fornacibus. atque metallis
Edsignare deos proprios. sua cuique iura.
Vel si gentiles sordet venerariet umbras.
Et placet esse duos sceptris socialibus æquos.
Dic age quis terras ditioris sorte retinet?
Quis regat æquoreas æterna lege procellas?
Ede cohæredum distinctum ius dominorum.
¶ Unus ais tristi residet sublimis in arce.
Auctor nequitie. scelerum deus. asper. iniquus.
Qui quodcumque malum vitioso feruet in ore:
Seuit: et anguineo medicans noua semina succo
Rerum principium mortis de fomite trahit.
Ipse opifex mundi terram. mare. sidera fecit.
Condidit ipse hominem: lutulenta et membra coegit
Effigians quod morbus edat. quod crimine multo
Sordeat. in formi tumulus quod tabe resoluat.
¶ Est alij pietatis amor. placidumque medendi
Ingenium. recreans homines. mortalia seruans.
Testamenta duo fluxerunt principe utroque.
Tradidit iste nouum melior. uetus illud acerbus.
Hæc tua Marcion grauis. et dialectica uox est.
Inimico hæc attoniti cerebri manifesta phrenesis.
¶ Nouimus esse patrem scelerum: sed nouimus ipsum:
Haud quaquam tamen esse deum. quin immo gehennæ
Marcionium: stygio qui sit damnandus auerno.
Marcionita deus. tristis. ferox. insidiator.
Vertice sublimis: cinctum cui nubibus atris
Anguiferum caput et fumo stipatur. et igni
Liuentes oculos subfundit felle perusto.
Inuidia impatiens iustorum gaudia ferre.
Dirifutos iuba densa humeros errantibus hydriæ
Obtegit: et uirides allambunt ora cerastæ.

Amartigenia.

Ipse manu laqueos per lubrica fila reflexos
In nodum reuocat: facilique ligamine tortas
Innectit pedicas: neruosque in vincula tendit.
Ars ollici captare feras: animalia bruta.
Inretit ore plagis retinacula. denique cæcis
Indeprehensa locis erranti opponere prædæ.
Hic ille est venator atrox: qui sede frequenti
Incautas animas non cessat plectere Membræod.
Qui mundum curuis anfractibus et syluosis
Horrentem scopulis versuto circuit astu
Fraude alios. tectisque dolis innectit adortus.
Porro giganteis alios luctando lacertis
Frangere funereos late exercere triumphos.
¶ Improba mors quid non mortalia pectora cogis?
Ipse suam (pudet heu contempto principe uitæ)
Perniciem ueneratur homo. colit ipse cruentum
Carnificem: gladiisque aciem iugulandus adorat.
Intantum miseris peccati nectare captis
Dulce mori est. tanta in tenebris de peste voluptas.
Qui mala principio genuit: deus esse putatur.
Quique bona infecit uitij: et candida nigris.
Par furor illorum: quos tradit fama dicatis
Consecrasse deas febrem scabiemque facellis.
Inuentor uitij non est deus. angelus illud
Degener infami conceptum mente creauit:
Qui prius Augustum radiabat sydus: et ingens
Ex nihilo splendor nutrito ardebat honore.
¶ Ex nihilo nam cuncta retro factumque quod usquam est.
At non ex nihilo deus et sapientia uera.
Spiritus et sanctus. res semper uiua. nec unquam
Coepit: sed aërios etiam molita ministros.
Horum de numero quidam pulcherrimus ore
Maiestate ferox: nimis dum uiribus auctus
Inflatur: dum grande tumens sese altius effert.

Prudentis

Ostentatq; suos licito iactantius ignes:
Persuasit proprijs genitum se viribus, ex se
Materiam sumpsisse sibi: qua primitus esse
Inciperet: nasciq; suum sine principe coeptum.
Hinc scola sub tacita medicatur gignere sectam:
Que docet e tenebris subditu micuisse tyrannus.
Qui velut æterna latitans sub nocte retro: sum
Uixerit: et tecto semper regnauerit æuo.
Æmulus: vt memorant: opera ad diuina repente
Corrupenda, caput caligine protulit atra.
Hoc ratio sed nostra negat: cui non licet vnam
Infirmare fidem: sacro quæ tradita libro est.
Nil ait absq; deo factum: sed cuncta per ipsum:
Cuncta: nec est alius quisquã nisi factus ab ipso.
Sed factus de stirpe bonus bonitatis in vsum
Proditus et primo generis de fronte serenus.
Deterior: mox sponte sua diuin decolor illum
Infcit inuidia: stimulisq; instigat amaris:
Arsit enim scintilla odij de fomite zeli:
Et dolor ingenium subditus conflauit iniquum.
Uiderat argillam simulacrum et structile flatu
Concaluisse dei: dominum quoq; conditione
Impositum: natura soli pelagicq; poliç
Ut famulans homini locupletem fundere partu
Posset: et effusum terreno adijcere regi.
Qui cunctu proprio regeret moderamine mundu.
Inflauit fermento animi stomachante tumorem
Bestia: deq; acidis vim trahit acerba medullis
Bestia, forde carens cui tunc sapientia longi
Corporis enodem seruabat recta iuuentam.
Complicat ecce nonos sinuoso pectore nexus.
Inuoluit nitidam spiris torquentibus aluum.
Simplex lingua prius varia micat arte loquendi:
Et discissa dolis resonat sermone trifulco.

Amartigenia

Hinc natale caput vitiorum: principe ab illo
Fluxit origo mali: qui se corrumpere primum
Mox hominem didicit nullo informante magistro.
Ultimus exitium subuerso præside mundus
Sortitur: mundiçq; omnis labefacta supellex.
Non aliter quã cum incautum spoliare viantem
Forte latro adgressus prædæ prius immemor ipsum
Ense ferit dominum pugne nodumq; moramq;
Quo pereunte trahat captiuos victor amictus
Jam non obstanti locuples de corpore prædo.
Sic hominis sublecta domus ditissimus orbis
Scilicet in facilem domino peccante ruinam
Lapsus herile malum iam tunc vitabilis hausit.
Tunc lolium, lappasq; leues per adultera culta
Ferre malignus ager glebis male pinguibus ausus
Triceam vacuis segetem violauit auenis:
Tunc etiam innocuo vitulorum sanguine pasci:
Jamq; iugo edomitos rictu lamare iuuenços
Occiso pastore truces didicere Leones.
Nec non z querulis balatibus irritatus
Plenas nocte lupus studuit perumpere caulas.
Omne animal diri callens solertia furti
Imbuit: z tortos acuit fallacia sensus.
Quamuis maceries florentes ambient hortos:
Sæpibus z densis vallentur vitea rura:
Aut populata rodit gemmantia germina bruchus:
Aut auibus discerpta feris lacerabitur vna.
Quid loquar herbarum fibras medicante veneno
Tinctas letiferi sudisse pericula succi.
Moxius in teneris sapor æstuat ecce frutetis:
Cum prius innocuas tulerit natura cicutas.
Roscidus z viridem qui vestit flos rhododaphnen
Pabula lasciuis dederit sincera capellis.
Ipsa quoq; oppositum distracto foedere certo



Prudentis

Transcendunt elementa modum: rapiuntq; ruuntq;
 Omnia legeruptis quassantia viribus orbem.
 Frangunt umbriferos aquilonum prælia lucos.
 Et cadit immodicis sylua extirpata procellis.
 Parte alia violentus aquis torrentibus amnis
 Transilit obiectas præscripta repagula ripas:
 Et vagus euerfis late dominatur in agris.
 Nec tamen his tantam rabiem nascentibus ipse
 Conditor instituit: sed laxa licentia rerum
 Turbauit placidas rupto moderamine leges.
 Nec mirum si membra orbis concussa rotantur:
 Si vitij agitata suis mundana laborat
 Machina: si terras lues incentiua fatigat
 Exemplum datura hominum quo cætera peccent.
 Vita hominum cui quicquid agit vesania. terror
 Suppeditant vt bella fremant. vt fluxa voluptas
 Dissuatur: impuro feruescat vt igne libido:
 Sorbeat vt cumulos nummorum faucibus amplis
 Burges auaritiæ. finis quam nullus habendi
 Temperat aggestis addentem vota talentis.
 Auri namq; fames parto fit maior ab auro.
 Inde seges scelerum radix et sola malorum:
 Dum scatebras flumiuorum omnes et operta metalla
 Eliquat ornatus soluendi leno pudoris:
 Dum venas squalentis humi scrutatur inepta
 Ambitio scalpens naturæ occulta latentis:
 Si quibus in foueis radiantes forte lapillos
 Rimata inueniat: nec enim contenta decore
 Ingenito externam mentitur foemina formam.
 Ac velut artificis domini manus imperfectum
 Quod dederit: quod adhuc res erigat. aut hiacinthis
 Pingere sculptilibus redimitæ frontis in arce:
 Lolla vel ignitis sincera incingere sertis.
 Auribus aut grauidis virides suspendere baccas

l. 3. conu. 6. ex n. l. cū p. l. u. i.
segg.

*Attus ofe
 minas vultu
 fucantes e
 hęc cū alijs
 innumeris ho
 dit hiraq. in*

Amartigenia.

Rectitur et nitidis concharum calculus albens
 Crimbus. aurecolles riget coma terta catenis.
 Tædet sacrilegas matrum percurrere curas:
 Muneribus dotata dei quæ plasmata fuco
 Inficiunt. vt figmentis cutis inlita perdat
 Quod fuerat falso non agnoscenda colore.
 Hæc sexus malefortis agit: cui pectore in arcto
 Adens fragilis facili vitiorum fluctuat æstu.
 Quid? quod et ipse caput muliebris corporis et rex
 Qui regit inuvalidam propria de carne resectam
 Particulam: qui vas tenerum ditione gubernat:
 Solutur in luxum. cernas molloscere cultu
 Heroas vetulos: opifex quibus aspera membra
 Finxerat: et rigidos durauerat ossibus artus.
 Sed pudet esse viros. quærun vanissima quæq;
 Quis niteant: genuina lues vt robora soluant.
 Uellere non ouium: sed eod ex orbe petitis
 Ramorum spolijs fluitantes sumere amictus
 Gaudent: et durum scutulils perfundere corpus.
 Additur ars: vt fila herbis saturata recoctis
 Inlaudant varias distincto stamine formas.
 Et quæq; est lanugo seræ mollissima tactu
 Pectitur. hunc videas lasciuas præpete cursu
 Venantem tunicas: auium quoq; versicolorum
 Indumenta nouis texentem plumea telis.
 Illum pigmentis redolentibus ex peregrino
 Puluere foemineas spargentem turpiter auras.
 Omnia luxus habet nostræ vegetamina vita:
 Sensibus in quinq; statuens quæ condidit auctoz
 Auribus. atq; oculis. tum naribus. atq; palato
 Quæritur infectus vitiosis artibus vsus.
 Ipse etiam toto pollet qui corpore tactus
 Adalpamen tenerum blandis ex fotibus ambit
 Pro dolor ingenuas naturæ occumbere leges:
 Captiuasq; trahi regnante libidine dotes.

*pigmety ut Tira
 q. tradit u. l. p.*



Prudentis

Peruersum ius omne viget: dnz quicquid habeduz
Omnipotens dederat studia in contraria vertunt.
Id circo ne rogo speculatrix pupula molli
Subdita palpebræ est: vt turpia semiuirorum
Membra theatri spectet vertigine ferri
Incestans miseros foede oblectamine visus:
Aut ideo spirant: mediaq; ex arce cerebri
Dimittunt geminas sociata foramina nares:
Ut bibat in lecebras male conciliata voluptas:
Quas pigmentato meretrici iacit improba crine:
Flum propter lyricæ modulamina vana puellæ
Meruorumq; sonos et conuiuæ recalentis
Carmen nequitix patulas deus addidit aures:
Perq; cauernosos iussit penetrare meatus
Clocis iter: nunquid madido sapor inditus ori
Cluiit ob hanc causam: medicata vt fercula pigram
Ingluuiem vegetamq; gulam ganeonis inescens?
Per varios gustus instructa vt prandia ducat
In noctem: lassety grauem sua crapula ventrem?
Quid duruz, quid molle foret, qd lene, quid horres.
Quid calidum, gelidum ve deus cognoscere nosmet
Adtractum voluit palpanâ interprete sensu.
At nos delicias plumarum et linea terta
Sternimus: atq; cute fulcro attenuate polimus.
Fœlix qui indultis potuit mediocriter vti
Muneribus: par cumq; modum seruire fruendî.
Quem locuples mundi species et amoena vetustas
Et nitidis fallens circumstua copia rebus
Non capit vt puerum: nec inepto addicit amori.
Qui sub adumbrata dulcedine triste venenum
Deprendit latitare boni mendacis operta.
Sed fuit id quondam nobis sanctumq; bonumq;
Principio rerum Christus cum conderet orbem.
Clidit enim deus esse bonum: velut ipse Moyses

Amartigenia

Historicus mundi nascentis testificatus.
Clidit ait deus esse bonum quodcunq; creauit.
Hoc sequar, hoc stabili conceptum mente tenebo
Inspirante deo: quod sanctus vaticinator
Prodidit antiquæ recolens primordia lucis:
Esse bonum quicquid deus et sapientia fecit.
Conditor ergo boni pater est: et cum patre Christus.
Nam deus atq; deus pater est, et filius vnum.
Quippe vnum natura facit, quæ constat vtrius
Vna voluntatis, iuris, virtutis, amoris.
Non tamen id circo duo numina: nec duo rerum
Artifices: quoniam generis dissensio nulla est:
Atq; ideo nulla est operis distantia, nulla
Ingenij, peperit bona omnia conditor vnus.
Nil luteum de fonte fluit: nec turbidus humor
Nascitur, aut primæ violatur origine venæ:
Sed dum liuentes liquor incorruptus harenas
Prælambit: putrefacta inter contagia sordent.
Nunquid equus, ferrum, taurus, leo, funis, oliuum
Inse vim sceleris cum formarentur: habebant?
Quod iugulatur homo non ferrum causa furoris.
Sed manus est nece cum vesania feruida circi
Authorem leuitatis habet rapidive fragoris
Adens vulgi rationis inops, non cursus equorum
Perfurit, infami studio perit vtile donum.
Sic Lacedæmonicas oleo maduisse palestras
Fouimus, et placidum seruire ad crimina succum.
Inde per aerum pendens audacia funem
Ardua securis scandit proscenia plantis.
Inde feras volucris temeraria corpora saltu
Transiliunt: mortifq; inter discrimina ludunt.
Sanguinis humani spectacula publicus edit
Confessus: legesq; iubent venale parari
Suppliciu: quo membra hominû discerpta cruētis

Prudentij

Morsibus oblectent hilaram de funere plebem:
Nulle alia stolidi bacchantia gaudia mundi
Per censere piget: quæ veri oblita tonantis
Humanum miseris voluunt erroribus æuam.
Nemo animum summi memorem genitoris in altum
Excitat: ad coelum nutrit suspiria nemo:
Nec recolens apicem solij natalis ad ipsum
Respicit authorem: nec spem super æera librat:
Sed mentem grauidis contentam sternere curis
Indigno subdit domino: perituraq; pronus
Diligit: et curuo quærit terrestria sensu.
Hoc pulchrum quod terra parit. quod gloria confert
Lubrica. commendat quod perniciofa voluptas.
Quod velut exercitus distillato puluere ventus
Præterit: exemplo tenuis quod transuolat vmbra.
His ægras animas morborum pestibus viret
Prædo potens: tacitis quem viribus interfusum
Lorda bibunt hominum. serit ille medullitus omnes
Nequitias: spargitq; suos per membra ministros.
Nanq; illic numerosa cohors sub principe tali
Adiutat. horrendisq; animas circumfedit armis
Fra. superstitio. moeror. discordia. luxus.
Sanguinis atra sitis. vini sitis. et sitis auri.
Liuor. adulterium. dolus. obtrectatio. furtum.
Informes horrent facies: halitusq; minaces.
Ambitio ventosa tumet. doctrina superbit.
Personat eloquium. nodos fraus addita nectit.
Inde Lanina foro latrat facundia toto.
Hinc gerit Herculeam vilis sapientia clauam.
Ostentatq; suos vicatim gymnosophistas
Incerat lapides fumosos idololatriæ
Religio: et surdis pallens aduoluitur aris.
Deu quantis mortale genus premit improbus hostis
Armigeris. quanto ferrata satellite ductor

Amartigenia

Bella gerit. quanta victos ditione triumphat.
Surgit in auxilium Chananeus. atq; agmina denset
Casside terribili setarum ponderamento
Concutiens: dextramq; graui cum cuspede quassans.
Est alia de parte furens exercitus ardet
Regis Amorei. tum millia Bergesæorum
Effundunt aciem toto volitantia campo.
Eminus hi ferunt. configunt comminus illi.
Ecce Hebraicæ feruent ad prælia turmæ.
Aurea tela quibus de sanguine tincta draconis
Adortifero splendore micant. radiantq; micantq;
Nec non terrificas pilis armare cateruas
Recethee iuuat. sed gens Ferezea sagittis
Insultat virtute pari. sed dispare ferro.
Postremum cuneum rex promouet Eueorum.
Squamosum thoraca gerens de pelle colubri.
His subnixæ viris scelerum peruersa potestas
Edomat inualidas mentes. quæ simplicitate
Indociles. bellicq; rudes sub foedere falso
Tristis amicitia primum socia agmina credunt.
Mammoneamq; fidem pacis sub amore sequuntur.
Mox faciles ad vincula rapi iuga dura volentes
Addictis subeunt ceruicibus. et nebulonum
Spirituum iussis seruire ferocibus aptant.
Ille superuacuis augens patrimonia fundis.
Finitimiq; inhians contempto limite agellis:
Ducitur innexus manicis. et mille cathenis
Ante triumphales currus post terga reuinctus.
Nec se barbaricis addictum sentit habenis.
Hic qui ventosæ scandit fastigia famæ.
Inflaturq; cauo pompæ popularis honore.
Qui summum. solidumq; bonum putat ambitionis
Crescere successu. præconum voce trementes
Examinare reos. miserorum in corpora fasces



Prudentij

Frangere terribiles. legum exercere secures
In laqueum iam colla dedit. iam compede dura
Flectitur. et pedibus seruilia vincula limat.
Credite captiui mortales: hostica quos iam
Damnatos cohíbent ergastula: quos famulatu
Poenarum virtus non intellecta coercet:
Hæc illa est Babylon: hæc trãsmigratio nostræ
Gentis: et horribilis victoria principis Assur.
Larmine luctifico quam deslens Hieremias.
Orbatam proprijs vlulauit ciuibus urbem.
Fatum latet. aut dubium est animas de semine Jacob
Exilium gentile pati: quas persica regna
Captiuas retinent: atq; in sua foedera cogunt:
Illic natali desuescunt viuere ritu.
Moribus et patrijs eruta in barbara iura
Degenerant. linguamq; nouam: vestemq; sequuntur:
Deq; profanato discunt sordescere cultu:
Nutricemq; aboleit petulantie pectore Sion.
Fam patriæ meminisse piget. iam mystica frangunt
Organa. et externi laudant anathemata regni.
Monne fuit melius seuum Memphis aulæ
Imperium tolerasse patres: penitusq; sinistris
Adsedisse focis: positos Pharaonis iniqui
Sub pedibus limo: et paleis seruire paratos:
Larmis et immodicæ spurco ructamine crudos.
Quo tantum auxilij per prodigialia signa
Effudit dominus. populum dum forte rebellem
Seruat ope immerita. vinculis dum subdita colla
Soluít. et Aegyptum virga serpente coercet:
Quid iuuat equoreum pelago cedente profundum
Pulueræa calasse via: cum conscia ponti
Sara sub ignota patuerunt prodita coelo:
Aruit et medio sitiens in gurgite limus:
Si victor virtute dei. mediasq; tenebras

Amartigenia.

Luce columnari scindens exercitus olim.
Perdidit inuenti vallé botryonis opimam:
Si nescit versare solum cui melle perenni
Gleba fluens niueos permiscet lactea riuos.
Si domitam hierico lituis atq; ære canoro
Rursus in antiquos patitur consurgere muros:
Si riuus reflui iordanis pellitur. et iam
Deserit adscriptam dimensa in iugera sortem:
Deniq; si strictam tantis sudoribus urbem.
Et quæ nubigenas transcendunt culmina nimbos
Defensare nequit. si nescit. quis lapis ille sit
Hostibus obsistens. et inexpugnabile turris
Præsidium. quæ non fragor hosticus arietis. aut quæ
Uis impacta quatit. non æris machina rostro
Arietat insiliens. nec ferrea verbera quassant:
Angulus hic portæ in capite est. hic cõtinet omnem
Saxorum seriam constructaq; limina firmat.
Quam qui rite suis per propugnacula muris
Houerit insertum seq; ac sua moenia vallo
Præcingat triplici celsa stans eminus arce
Fretus amore petra. castis et peruigil armis
Non illum regina Tyri. non accola magni
Eufratis Parthus rapiet. non decolor indus
Tempora pennatis redunitus nigra sagittis.
Quin si fulmineos cogens ad bella gigantas
Allophylus tua castra velit delere tyrannus.
Tutus eris. nec te firma statione mouebit
Ipse Charon mundi numen Adarcionis ipse.
Qui regit ærio vanas sub sole tenebras.
Nam vanum quicquid sol aspicit. ex elementis
Luncta solubilibus. fluxoq; creamine constant.
Fallo. creaturam nisi doctor apostolus omnem
Subiectam vanis non sponte laboribus orsus
Periuro ingemuit miserans seruire latroni



Prudentij

Errat ait. qui luctamen cum sanguine nobis.
Et carne. et venis feruentibus. et vitioso
Felle putat. calidifq; animam peccare medullis.
Non mentē sua membra premit nec terrea virtus
Oppugnat sensus liquidos. bello ve laceffit
Sed cum spiritibus tenebrosis nocte. dieq;
Congredimur. quorum dominatibus humidus iste.
Et pigris densus nebulis obtemperat aer.
Scilicet hoc medium. coelum inter. et infima terræ.
Quod pater et vacuo nubes suspendit hiatus
Frena potestatum variarum sustinet ac sub.
Principe Belial rectoribus horret iniquis.
His conluctamur prædonibus. vt sacra nobis
Dus apostolici testis sententia prodit.
Nemo habitum naturæ. aut irritamina peccans
Corporis accuset. facile est frenare rebelles
Affectus carnis. nimiosq; retundere pulsus
Materiæ fragilis. et viscera victa domare.
Quippe animus longe præstantior. vt pote summo
Æthere demissus. subiectos. si velit artus
Imperio quassare graui. iussifq; seueris
Dedere regnanti domino. vis nulla resistit.
Abaior inest. vis illa homini. quæ flatile virus
Ingerit. et tenuem tenui ferit aere mentem.
Parthica non æque ventos transcurrit harundo.
Luius iter nullus potis est comprehendere visus.
Præpes enī volucris dū pennis transuolat auras.
Improuisa venit. nec stridor nuntiat ante.
Zduentum leti. quam pectoris abdita rumpat.
Securam rapiens medicato vulnere vitam.
Sed magis aligera est. magis et medicata sagitta.
Quam iacit umbrosi dominatio lubrica mundi.
Eludens excussa oculos. calamiq; volantis
Præpete transcurfu cordis penetralia figens.

Amartigenia

Nec segnis natura animæ. vt tarda cauendi
Vulneris ignitum. quoniam deus indidit olli
Ingenium purum. sapiens. subtile. serenum.
Mobile. sollicitum. velox. agitabile. acutum.
Factorem modo facta suum veneretur. et ipsi
Abilitet. ac victum proculcet sobria mundum
Nil de pestiferis opibus. aut falsificatis
Terrarum spolijs. stulto oblectamine libans
Nec sub fasce iacens alieno. et decita regno.
Ne queat argutas hostis vitare sagittas.
Sed quid ego oē malū mūdiq; hominūq; maligni
Hostis ad inuidiam detorqueo? cum mala nostra
Et nostris concreta animis genus et caput et vim
Quid sint. quid valeant. sumant de corde parente?
Ille quidem fomex nostrorum et causa malorum est.
Sed tantum turbare potest aut fallere. quantum
Nos volumus. qui decrepito suggesta Leoni
Armamenta damus. friget fera futile frendens.
Humani generis ni per suffragia gliscat.
Signimus omne malum proprio de corpore nostro.
Ut genuit David alias pater optimus vnum
Crimen Abessalom tetrum pater ille. sed vnum
Innocuas inter soboles genuit patricidam.
Zusus in authorem generis qui stringere ferrum.
Ab pietas. signis contraria signa paternis
Egit. et vnius commisit sanguinis arma.
Nostra itidem diros vrente propagine natos
Pectora parturiunt. versis qui protinus in nos
Aboribus insuecunt gignentum viuere pœnis.
Depopulantur enim nimium foecunda parentum
Viscera. et interitu genitalis stirpis aluntur.
Progeniem verum ille suam rex vt pote summus
Atq; dei vates paritura et virginis autho.
Trilibus atq; pijs variauerat. vt Salomonis

Prudentij

Frater Abessalom misceret crimina iustis
 Pignozibus: ducemq; domum turbaret amaris.
 Nos dignum Salomone nihil. nos degener implet
 Solus Abessalom lacerans pia viscera ferro.
 Sicut ex ethnicis quicquam præsumere: vel si
 De physicis exempli aliquid: sic vipera (vt aiunt)
 Dentibus emozitur fusæ per viscera prolis.
 Pater morte sua non sexu fertilis aut de
 Concubitu distenta vterum. sed cum calet igni
 Percita foemineo mozturum obscoena maritum
 Ore siti patulo. caput inserit ille trilinguæ
 Coniugis insauces: atq; oscula feruidus intrat
 Insinuans oris coitu genitale venenum
 Flupta voluptatis visauca mordicus haustum
 Frangit amatoris blanda inter foedera guttur:
 Infusaq; bibit caro pereunte saluas.
 His pater inlecebris consumitur. at genitricem
 Clausa necat soboles. nam postquam semine adulto
 Incipiunt calidis corpuscula parua latebris
 Serpere: motatumq; vterum vibrata ferire.
 Aestuato interno pietatis crimine mater:
 Carnificemq; gemit damnati conscia sexus
 Progeniem septi rumpentem obstacula partus.
 Nam quia nascendi nullus patet exitus: aliis
 Foetibus in lucem nitentibus excruciat
 Carpitur: atq; viam lacerata per ilia pandit.
 Tandem obitu altricis prodit grex ille dolorum
 Ingressum vitæ vix eluctatus et ortum
 Percelcus exculpens. lambunt natale cadauer
 Reptantes catulit: proles dum nascitur orba.
 Haud experta diem miseræ nisi posthuma matri.
 Non dispar nostræ conceptus mentis ab ore
 Vipereo infusum sic combibit illa venenum
 Coniuge Beliadæ: sic oscula deuorat haustos:

Amartigenia

Interiusq; rapit. sic felle libidinis ardens
 Impletur vitis perituro mista marito.
 Tunc prægnans loetale genus concepta maligni
 Fert opera ingenij de semine complicitis hydri:
 Quem poenis pensare prius sua facta necesse est
 Corruptæ pro stupro animæ proq; orbe perempto:
 Ipsam porro animam crudelia vulnera carpunt
 Adille puerperijs: soboles dum parturit ex se
 Contra naturam genitas: peccamina crebra
 Scilicet et partos materno funere natos.
 Hinc illa est domini iusta obiurgatio Christi:
 Nonne pater dæmon vos increpo peccatores
 Concubitu carnis semen sitiens iniquum
 Vos genuit. sanctum lector percense volumen:
 Quod loquor inuenies dominum dixisse profanis
 Vera obiectantem mortalibus. ex patre nam vos
 Esse meo genitos pietas ait ipsa probaret
 At pietatis opus. pro cæca libido. quid hoc est?
 Quod cum se thalamis desponsam mens bona iustis
 Mouerit: inq; thronum regis nuptura vocetur:
 Et regis semper iuuenis. senioq; repulso
 Diuinum decus æterno seruantis in ore:
 Adalit adulterium: furuo et se munere vilem
 Glendat nocticolæ spurcis complexibus indi
 Asperrata dei fusam per virginis artus
 Progeniem: dulcesq; vocans in fornice natos:
 Sentio quam contra moueat pellacia litem:
 Quod dente obnitens spinosa calumnia pugnet:
 Nosq; lacessito vocet ad luctamina vero.
 Si non vult deus esse malum: cur non vetat inquit.
 Nil refert author fuerit factorq; malorum:
 An ne opera in vitium sceleris pulcherrima verti
 Cum possit prohibere: sinat: q; si velit omnes
 Innocuos agere omnipotens. nec sancta voluntas

Prudentis

Degener et facto nec se manus inquinet villo.
Condedit ergo malum dominus: quod spectat ab alto:
Et patitur: fierique probat: tanquam ipse crearit.
Ipse creauit enim: quod cum discludere possit:
Non abolet: longoque finit crassariet usu.
Damna aures pater alme meas: et claude meatus
Obrutescentis capitis: ne peruia tales
Concipiat flexura sonos. est perdere tanti
Extinctum vitæ officium de parte cerebri:
Immunem modo sese anima expertemque nefandi
Auditus felix stolidam conseruet ab aure.
Quis ferat hæc iniecta deo conuitia: qui se
Diuinis meminit præcellere nobilitatum
Aduneribus. multa ut taceam: vel sola benignum
Res probat esse deum: vetiti quod amore peremptos
Excitat e tumulis homines: regniq; per æuum
Particeps iubet esse sui. qui si foret auctor
Seruatorq; mali: nunquam post damna salutis
Peccantumq; obitus rediuuam ferre medelam
Vellet: et amissos opere instaurare secundo.
Labi hominis: seruare dei est. meritis perit iste:
Ille abolet pereuntis opus: meritumq; resoluit.
Argumentum ingens: dominum qui talia præstet:
Molle malum. nec quod post abluirante probare.
Inuito ne aliquis potis est peccare tonante?
Cui facile est in corde hominis componere sensus
Quos libeat: fibrasq; omnes animare pudicis
Pulsibus: et totum venis infundere honestum?
Nescis stulte tuæ vim libertatis ab ipso
Formatore datam. nescis ab origine quanta
Sit concessa tibi famulo super orbe potestas.
Et super ingenio proprio laxeq; soluto
Iure potestatis liceat cui velle. sequi
Quod placitum est: nulliq; animi subiungere vinclo.

Amartigenia

An cum te dominum cunctis quæcumq; creatat:
Præficeret: mundumq; tuis seruire iuberet
Imperijs. cumq; arua. polum. mare. flumina. ventos
Dederit: arbitrium de te tibi credere auarus
Pollet ut indigno: libertatemq; negaret?
Quale erat electus magni rex orbis ut esset:
Non rex ipse sui curto foedatus honore.
Nam quis honos domini est: cuius mens libera non est:
Una sed impositæ seruit sententia legi?
Quæ laus porro hominis: vel quod meritum sine certo
Inter vtramq; viam discrimine viuere iuste?
Non sit sponte bonus: cui non est prompta potestas
Velle aliud: flexosq; animi conuertere sensus.
At qui nec bonus est: nec conlaudabilis ille:
Qui non sponte bonus. quoniam probitate coacta
Gloria nulla venit: so: detq; in gloria virtus.
Nec tamen est virtus: ni deteriora refutans
Emicet: et meliorem viam petat indole rectam:
Vade ait ipse parens opifexq; et conditor. Vix:
Vade homo ad flatu nostri prænobilis oris
Insubiecte. potens. rerum arbiter. arbiter idem
Et iudex mentis propriæ. mihi subdere soli
Sponte tua: quo sit subiectio et ipsa soluto
Libera iudicio. non cogo: nec exigo per vim:
Sed moneo iniustum fugias: iustumq; sequaris.
Lux comes est iusti: comes est mors horrida iniqui.
Elige rem vitæ. tua virtus temet in æuum
Prouehat. alternum tua damnet culpa vicissim:
Præstet et alterutram permissa licentia sortem.
Hac pietate vagus. et tanto munere abundans
Transit propositum fas: et loetalia prudens
Eligit atq; volens: magis vtile dum sibi credit:
Quod prohibente deo persuasit callidus anguis.
Persuasit certe hortatu: non impulit acri

Prudentis.

Imperio. hęc mulier rea criminis exprobranti
Respondit domino suadelis se male fabris
Illectam suasisse viro: vir et ipse libenter
Consensit. licuit ne hortantem spernere recti
Libertate animi: licuit. nāq; et deus ante
Suaserat: vt meliora volens sequeretur. at ille
Spernens consilium sauo plus credidit hosti.
Nunc inter vitę dominum mortisq; magistrum
Consistit medius. vocat hinc deus: inde tyrannus
Ambiguum atq; suis se motibus alternantem
Accipe gestarum monumenta insignia rerum:
Prælusit quibus historia spectabile signum.
Loth fugiens Sodomis ardentibus omnia secum
Pignora cara domus properabat sede relicta
Nubibus vrbicremis subducere: sulphure cum iam
Nimboso ignitus coelum subtexeret aer:
Flagrantemq; diem crepitans incenderet imber.
Angelus hanc hospes legem præscripserat ollis
Emissus virtute dei sub imagine dupla:
Omnis vt e portis iret domus atq; in apertum
Dirigeret constans oculos: nec pone reflexo
Lumine regnantes per moenia cerneret ignes.
Nemo memor Sodomę: q̄ mūdi forma cremādi est:
Et semel e muris gressum promouerit: ore
Post tergum verso respectet funera rerum.
Loth monitis sapiens obtemperat. at leuis vxor
Aobilitate animi torisit muliebre retrofus
Ingenium: Sodomisq; suis reuocabilis hæsit.
Traxerit Eua virum dirę ad consortia culpę:
Hęc peccans sibi sola perit. solidata metallo
Diriguit fragilis: sarumq; liquabile facta
Stat mulier: sicut steterat prius omnia seruans
Laute sigillati longum salis effigiata
Et decus, et cultum, frontemq; oculosq; contamq;.

Amartigenia

Et flexam in tergum faciem. paulumq; relata
Abenta retro: antiquę monumenta rigentia noxę.
Liquitur illa quidem falsis sudoribus vda:
Sed nulla ex fluido plenę dispendia formę
Sentit deliquio: quantumq; armenta saporum
Adtenuant sarum: tantum lambentibus humor
Sufficit: attritamq; cutem per damna reformat.
Hoc meruit titulo peccatrix foemina sisti
Infirnum fluidumq; animum per lubrica soluens
Consilia z fragilis iussa ad coelestia voti
Propositum contra non commutabile seruat.
Loth ingressus iter nec moenia respicit alto
In cinerem conlapsa rogo populumq; perustum.
Et mores populi. tabularia. iura. forumq;
Balnea. propolas. meritoria. templa. theatra.
Et circum cum plebe sua. madidasq; popinas.
Quicquid agunt homines. Sodomorum incendia iustis
Ignibus inuoluunt: z Christo iudice damnant.
Hęc fugisse semel satis est. non respicit vltra
Loth noster: fragilis sed coniunx respicit: z quę
Fugerat inuerso mutabilis ore reuisit:
Atq; inter patrias perstat dura ta fauillas.
En tibi signatum libertatis documentum:
Quod voluit nos scire deus. quodcunq; sequendum est
Sub nostra ditione situm: passimq; remissum
Alterutrum calcare viam. duo cedere iussi
De sodomis: alter se præripit: altera mussat.
Ille gradum celerat fugiens: contra illa renutat.
Liber vtriq; animus: sed dispar vtriq; voluntas.
Diuidit huc illuc rapiens sua quenq; libido.
Talem multa sacris speciem notat orbita libris.
Aspice Ruth gentis moabitidis: z simul Orsam.
Illa socrum Hoemi fido comitatur amore:
Deserit hac. atqui thalamis. z lege iugali



Prudentij.

Eruta. hebreisq; thonis. sacrisq; vacantes.
Iure fruebantur proprio. sed pristinus Oris
Fanorum ritus præputia barbara suavit
Aballerz semiferi stirpem nutrire Solia.
Ruth dum per stipulas agresti amburitur estur:
Fulcra Booz meruit: castoq; adscita cubili
Christigenam foecunda domum dauidica regna
Edidit: atq; deo mortales miscuit ortus.
Sæpe egomet memini fratres geminos ad hiulcum
Peruenisse simul biuium nutante iuuenta:
Et dubitasse diu bifido sub tramite: quod nam
Esset iter melius. cum dextrum spinea sylua
Sentibus arctaret: scopulosaq; semita longe
Duceret aerium cliuoso margine callem.
Zit leuum nemus umbriferum per amoena vireta
Ditibus ornaret pomis:z leue iacentem
Planicies daret ampla viam. squalentibus vnum
Contentum spinis reptasse per ardua saxa:
Porro alium campo sese indulgisse sinistro.
Illum syderibus caput immiscere propinquis:
Hunc incoenosas subito cecidisse paludes.
Omnibus vna subest natura: sed exitus omnis
Non vnus peragit placitorum segrege forma.
Haud secus. ac si olim per sudum lactea forma
Lapsa columbarum nubes descendit in aruunt
Ruris frugiferi: laqueos vbi callidus auceps
Præterdit: lentoq; inleuit vimina visco:
Sparsit et insidias siliquis vel farre doloso.
Inliciunt alias fallantia grana: gulamq;
Innectunt auidam tortæ retinacula setæ:
Abolle vel implicitas gluten circumligat alas:
Est alia quas nullus amor prolectat edendi:
Gressibus innocuis sterili spatiantur in herba:
Suspectamq; cauent oculos conuertere ad escam.

Amartigenia

Mox vbi iam coelo reuolandum: pars petit æthram
Libera sydeream plaudens super aera pennis:
Pars captiua iacet. lacertis et saucia plumis
Pugnat humi: et volucres nequiquâ suspicit auras
Sic animas coeli de fontibus vnicolores
Infundit natura solo: sed suauibus istis
Deuinctæ inlecebris retinentur:z æthera pauca
Conscendunt reduces. multas viscosus inescat
Pactus et ad superas percurrere non sinit auras.
Præsciis inde pater liuentia tartara plumbo
Incendit liquido: piceasq; bitumine fossas
Infernalis aquæ furuo suffodit auerno:
Et flegethonteo sub gurgite sanxit edaces
Perpetuis scelerum poenis inolescere vermes.
Morat enim flatu ex proprio vegetamen inesse
Corporibus nostris: animamq; ex ore perenni
Formatam non posse mori. non posse vicissim
Pollutam virtus rursus ad conuexa reuerti
Aberlandam penitus puteo feruentis abyssi.
Uermibus. z flammis. et discruciatibus æuum
Immortale dedit. senio ne poena periret
Non pereunte anima carpunt tormenta. fouentq;
Materiem sine fine datam. mors deserit ipsa
Æternos gemitus: et flentes viuere cogit.
Et diuersa procul regionibus in paradisi
Præmia constituit maiestas gnara futuri
Spiritus puris z ab omni labe remotis.
Quisq; Homorreas non respexere ruinas:
Auerfis sed rite oculis post terga tenebras
Liquerunt miseri properanda pericula mundi.
Ac primum facili referuntur ad astra volatu:
Unde fluens anima structum vegetauerat Adam.
Nam quia naturam tenuem decliua vitæ
Pondera non reprimunt: nec tardat ferrea compes:



Prudentis

Concretum celeri relegens secataera lapsu.
Eruperatq; polum feruens scintilla reimensum
Carcereos exosa situs: quibus hæserat exul.
Tunc post liminio redeuntem suscipit alto.
Lana fides gremio: tenerisq; oblectat alumnam
Delitijs multos post diuersoria carnis
Ore renarrantem querulo: quos passa labores.
Illic purpureolatus exporrecta cubili
Floribus aeternis spirantes libat odores:
Ambrosium q; bibit roseo de stamine rorem.
Ditibus et longo fumantibus interuallo
Fluminasq; et tutos coeli sitientibus imbres
Implozata negat digitum insertare palato:
Flammaramq; apices humenti extinguere tactu.
Nec mirere locis longe distantibus inter
Damnatas iustasq; animas concurrere visus
Conspicuos: meritasq; vices per magna notari
Interualla: polus medio quæ diuidit orbe.
Errat quisque animas nostrorum sine oculorum.
Aestimant inuoluit: vitreo quos lucida palla
Obice: quis speculum concreta coagula texunt:
Impediuntq; vagas obducto humore fenestras.
Num ne animarum oculis denso vegetamine guttæ
Coluuntur teretes: aut palpebralius extra
Horrescunt fetis: cilio ve umbrante teguntur?
Illis viua acies. nec pupula parua. sed ignis
Traictor: nebula: vasti et penetrator operi est.
Nil ferrugineum solidum ve tuentibus obstat.
Nocturnæ cædunt nebula. nigrantia cedunt
Mubila. patenti cedit teres area mundi.
Nec tantum aërios visu transmittit hiatus
Spiritus: oppositos sed transit lumine montes.
Oceani fines. atq; vltima littoza **L**ibules
Trans adiit: volucresq; oculos in tartara mittit.

Amartigenia.

Nostris nempe omnes pereunt sub nocte colores
Visibus: et cæco delentur tempore formæ.
Nunquid et eruti membris ac viscere perdunt
Agnitione notas rerum: vel gressibus errant?
Una animam semper facies habet. et color vnus
Aeris. vt cuiq; est meritorum summa sinistri
Seu dextri alternas nec commutabile tempus
Conuertit. variatq; vices. longum atq; perenne est:
Quicquid id est. vnus voluit sua secula curus.
Expertus dubitas animas percurrere visu.
Abdita corporis oculis cum sæpe quietis
Rore soporatis cernat mens viua remotos:
Distantesq; locos aciem per rura. per astra.
Per **M**aria intendens. nec enim se segregat ipsa
Ante obitum viuis ex artubus: aut fugit exul
Sanguinis et carnis penetralia. seq; medulis
Erut: abductam ve abiit de pectore vitam:
Viscerea sed sede manens speculatur acutis
Omnia luminibus. et qua circumtulit acrem
Naturæ leuis intuitum nullo obice rerum
Disclusa ante oculos subiectum prospicit orbem:
Atq; orbis sub mole situm sordens elementum.
Ob iacet interea tellus: nec visibus obstat:
Quin si stelligerum vultus conuertat ad arem:
Nil intercurrentis obtutibus impedit ignem
Peruigilis animæ: quamuis densata grauentur
Mubila: et opposito nigrescat vellere coelum.
Sic arcana videt tacitis cooperta futuris
Corporeus **J**oannes adhuc nec carne solutus:
Amunere sed somni paulisper carne sequestra
Liber ad intuitum sensuq; oculisq; peragrans
Ordine dispositos venturis solibus annos.
Procinctum videt angelicum: iam iamq; cremandi
Orbis in excidium raucos et percipi aure

Prudentij

Augitus grauium mundi sub fine tubarum:
Hæc ille ante obitum membrorum carcere septus
Secedente anima non discedente videbat.
Nonne magis flatus sine corpore cuncta notabit
Corporis inuolucris tumulto frigente repostis
Lerta fides rapidos subterna nocte caminos.
Qui pollutam animam per secula longa perenni
Igne coquunt oculis longum per inanē remotis
Pauperis expositos: nec secius aurea dona
Iustorum dirimente chaos. rutilasq; coronas
Eminus ostendit poenarum carcere meritis.
Hunc paradificolæ post vlcera dira beato
Proditur infoelix vlulans in peste reatus
Spiritus: inq; vicem meritorum mutua cernunt.
O dee cunctiparens animæ dator: o dee Christus:
Cuius ab ore deus subsistit spiritus vnus:
Te moderante regor. te vitam principe duco.
Iudice te pallens trepido. te iudice eodem
Spem capio fore quicquid ago ventabile apud te
Quam libet indignum venia faciamq; loquarq;
Confiteor. dimitte libens: et parce fatenti.
Omne malum merui: sed tu bonus arbiter aufer
Quod merui. meliora fauens largire precanti
Dona animæ quandoq; meæ: cum corporis huius
Liquerit hospicium neruis. cute. sanguine. felle.
Ossibus extractum: corrupta quod incola luxu
Dei numium completa fouet: cum flebilis hora
Clauserit hos orbes: et conclamata iacebit
Atheries: oculisq; suis mens nuda fruetur:
Necernat truculentum aliquem de gente latronum
Inmitem. rabidum. vultusq; et voce minaci
Terribilem: qui me maculosum aspergine morum
Inpreceps vt prædo trahat: ingrisq; ruentem
Immergat specubus cuncta exacturus adusq;

Contra Symmachum liber primus.

Quadrantem minimum damnosæ debita vitæ.
Abulta in Thesauris patris est habitatio Christus
Disparibus discreta locis. non posco beata
In regione domum. sint illic casta viroꝝum
Elmna puluereum quæ dedignantia censuꝝ
Diuitias petiere tuas. sit flore perenni
Landida virginitas animum castrata recisum.
At mihi tartarei satis est si nulla ministri
Occurrat facies: nec flamma gehennæ
Deuoret hanc animam inersam fornacibus imis.
Esto cauernosor: quia sic pro labe necesse est
Corporea: tristis me sorbeat ignis auerno:
Saltem mirificos incendia lenta vapores
Exhalent: æstusq; calor languente tepescat.
Lux immensa alios et tempora vincta coronis
Glorificent: me poena leuis clementer adurat.

Finit Anartigenia.

Aurelij Prudentij Clementis. T. L. Con
tra Symmachum liber primus



Julus præco Dei qui fera gentium
Primus corda sacro per domuit silo:
Christum per populos ritibus asperis
Immanes placido dogmate seminans
In mansueta suas vt cærimonias
Sens pagana deo sperneret agnito:
Actu stu rbinibus forte nigerrimis
Hibernum pelagus iam rate debili:
Et vim nauifragi pertulerat noti.
Sed cum cerulei prælia gurgitis

b ff

Prudentis

Iussisset domini dextra quiescere:
Ad portum fluitans cumba relabitur:
Exponitq; solo littoꝝis vuidi
Contractos pluuio frigore remiges.
Tunc de littoꝝeis sepibus algidi
Drentum propeꝝe brachia palmitum
Conuectant: rapidos vnde focos struant:
Fascem quisq; suum congerit ignibus
Expectans calidi luxuriam rogi.
Paulus dum fragiles cogere surculos:
Et densare foci congeriem studet:
Incautam cumulis inseruit manum.
Torpebat glacie pigra vbi vipera
Sarmentis laqueos corporis implicans.
Quæ postquam intepuit fomite fumeo:
Laxauitq; feror colla regentia:
Jam flecti facilis rettulit ad manum
Cibrato capite spicula dentium
Darentem digiti vulnere mordicus.
Pendentemq; gerens Paulus inboꝝruit.
Exclamant alij: quod cute liuida
Virus mortiferum serpere crederent.
At non intrepidum terret Apostolum
Tristis tam subiti forma periculi.
Attollens oculos sydera suspicit
Christum sub tacito pectore murmurans.
Excussumq; procul decutit aspidem.
Abiectus coluber verberat aera.
Atq; oris patuli soluit acumina.
Aꝝ or omnis sanies deserit ⁊ dolor
Leu nullo laceram vulnere dexteram.
Siccatusq; perit vipereus liquor.
Hydrum præcipitem dum rotat impetus:
Arisurum medijs intulit ignibus.

Contra Symmachum

Sic nunc post hyemem vinq; trucis freti
Quo iactata ratis tunc sapientia est:
Cum sub sacricolis territa regibus
Vir panso poterat currere carbaso:
Affictosq; suos turbine seculi
Electarat rabidis fluctibus innatans:
Aꝝ osum vulnificum lex pia pertulit.
Occultabat enim se prius abditum
Virus: nec grauidum protulerat caput.
Contentum inuolucris atq; cubilibus.
Subter quo premeret clausa silentia.
Sed dum forte latens impietate riget:
Dextram iustitiæ pigra momorderat
Succensi stomacho fellis inastuans.
Neuquam catholicam nil prope profuit
Pupem nasse sacri remigio stili:
Quem Paulus varijs gentibus edidit.
Vir portu placido tuta quieuerat
Victrix: edomitis mille furoribus:
Vir adstricta suis iam retinaculis
Vectores stabili condiderat solo:
Erupt subito triste periculum.
Nam dum præcalidos igniculos sibi
Soluendis adolent et senio et gelu:
Dum virgas steriles atq; superfluas
Flammis de fidei palmite concremant.
Ut concreta vagis vinea crinibus
Siluosi inlunem poneret idoli:
Palpauit nimius perniciem tepor.
Spes insueta subit serpere flexibus.
Et vibrare sagax eloquij caput.
Sed dextra impatiens vulneris inritos
Oris rhetorici depulit halitus:
Effusum ingenij virus inaniter



Liber primus.

Summa Christicolis in cute substitit.
Saluator generis Romulei precor:
Qui cunctis veniam das pereuntibus:
Qui nullum statuis non operis tui
Mortalem: facili quem releues manu:
Quis si potis est iam miserescito
Præruptam in foueam præcipitis viri.
Spirat sacrilegis flatibus inscius:
Erroresq; suos indocilis fouet.
Obtestor iubeas: ne citus impetus
Arsum medijs inferat ignibus.
Finit præfatio.

Credebam vitijs ægram gentilibus vebem
Jam satis antiqui pepulisse pericula morbi:
Nec quicquam restare mali: postquam medicina
Principis immodicos sedarat in arce dolores.
Sed quoniam renouata lues turbare salutem
Tentat Romulidû: patris iplozanda medela est:
Iste sinat antiquo Romam squallere veterno:
Ne ve togas proceruz fumoq; z sanguine tingui.
Inclutus ergo parens patriæ moderator z orbis.
Nil legit prohibenda: vagas ne pristinus error
Crederet esse deum migrante sub aere formas:
Aut elementorum natura (quæ patris ars est
Omni geni) summa pro maiestate sacraret
Vir solus: cui cura fuit: ne publica morum
Plaga cicatricem summa leuiter cute clausam
Duceret: et latebram tabentis vulneris alte
Impressam: penitasq; putri de pure per esam
Functa superficies medico fallente foueret.
Sed studuit quo pars hominis generosior intus
Vineret: atq; animam letali peste piatam
Afferret ab interno tutam seruare veneno.

Contra Symmachum

Illa tyrannorum fuerat medicina videret:
Qui status ante oculos præsentibus ac perituris
Competeret rebus: nec curam adhibere futuris.
Iheu male de populo meriti: male patribus ipsis
Blanditi: quos præcipites in tartara mergi
Cum Joue siuerunt: multa z cum plebe deorum.
At hic imperium protendit latius æuo
Posteriore suis cupiens sancire salutem.
Nimirum pulchre quidem doctissimus: esset
Publica res inquit tunc fortunata satis: si
Vel reges saperent: vel regnarent sapientes.
Est ne ille e numero paucorum: qui diadema
Sortiti ætheriæ coluerunt dogma sophiæ?
Contigit ecce hominum generi. gentiq; togatæ
Dux sapiens. felix. nostræ res publica Romæ
Iustitia regnante viget. parete magistro
Scepta gubernanti. monet vt deterrimus error:
Et que superstitio veterum procul absit auorum.
Nec putet esse deum. nisi qui super omnia summus?
Emineat: magniq; immensa creauerit orbis.

De Saturno.

Num melius Saturnus auos rexisse latinos
Creditur: edictis qui talibus informant
Agrestes animos: et barbara corda virorum?
Sum deus. aduenio fugiens. prebete latebras.
Occultate semen nati feritate tyranni
Deiectum solio: placet hic fugitiuus et exul
Ut lateam: genti atq; loco latium dabo nomen.
Utibus incuruum (si qua est ea cura) putandis
Procurdam chalybem. nec non et moenia vestri
Fluminis in ripa statuam Saturnia vobis.
Vos nemus appositasq; meo sub honore sacrates:
Sum quia nam coelo genitus: celebrabitis aras.
Inde deos: quorum patria spectata sepulchra

b iij



Liber primus.

Scimus: in ære hebetes informauere minores:
Æduena quos profugus gignens et equina libido
Intulit Italix. thufcis namq; ille puellis
Primus adhiuuit simulato numine moechus.

De Ioue.

¶ Mor patre deterior siluosi habitator olympi
Iuppiter incoestas spurcauit labe Lacenas.
Nunc boue subuectam rapiens ad crimen amatam.
Nunc tenera pluma leuior: blandosq; susurtos
In morem recinens suaue immorientis olorix.
Capta quibus volucrem virguncula ferret amorem.
Nunc foribus surdis fera quas vel pessulus arctis
Firmarat cuneis per tectum diues amator
Imbricibus ruptis vndantis desuper auri
Infundens pluuiam gremio excipientis amicæ.
Zirmigero modo sordidulam curante rapinam
Compressu immundo miserum cupiens catamytum:
Pellice iam puero magis indignante forore.
Hæc causa est et origo mali: quod sæcla vetusto
Hospite regnante crudus stupor aurea finxit.
Quodq; nouo ingenio versutus iuppiter astus
Multiplices variosq; dolos terebat: vt illum
Vertere cum vellet pellem faciemq; putarent
Esse bouem. prædari aquilam. confingere cygnum.
Et nummos fieri: et gremium penetrare puellæ.
Nam quid rusticitas non crederet indomitorum
Stulta virum. pecudes. interitusq; ferinos
Dedere sueta: animum diuæ rationis egenum
In quancunq; fidem nebulonis callida traxit
Inequitia. infelix facilem gens præbuit aurem.

De Mercurio.

¶ Successit Iouis imperio corruptior ætas:
Quæ docuit rigidos vitijs seruire colonos.
Expertes furandi homines hac imbuunt arte

Contra Symmachum.

Mercurius Maia genitus: nunc magnus habetur:
Ille deus. cuius dedit experientia fures.
Hæc non thesalicæ doctissimus ille magix
Traditur. extinctas sumptæ moderamine virgæ
In lucem reuocasse animas: cocytia loeti
Iura resignasse sursum reuolantibus vmbrix:
Est alias damnasse neci: penitusq; latenti
Immersisse chaos. facit hoc ad vtrumq; peritus
Ut fuerit: geminoq; amarit crimine vitam.
Murmure nam magico temies excire figuras:
Atq; sepulchrales scite incantare fauillas:
Vita itidem spoliare alios ars noxia nouit.
Artificem scelerum simplex mirata vetustas
Supra hominem coluit simulans per nubila ferri:
Aligerisq; leues pedibus transcurrere ventos.

De Priapo.

¶ Ecce deum in numero formatus et æneus adstat
Grauius homo: augustaq; Numæ præfulget in arce.
Strenuus ex culti dominus quondam fuit agri:
Hortorumq; opibus memorabilis. hic tamen idem
Sco: tator nimius: multaq; libidine suetus
Rusticolas vexare lupas: interq; salicta
Et densas sepes obscoena cubilia inire.
Indomitum intendens animum semperq; paratum
Ad facinus: nunquam calidis dabat ocia venis.
Hic deus e patrio prænobilis Helleponto
Venit ad usq; italos sacris cum turpibus hortos.
Sinum lactis et hæc votorum liba quotannis
Accipit: ac ruris seruat viueta sabini:
Turpiter ad fixo pudeat quem visere ramo.

De Hercule.

¶ Herculeus mollis pueri famosus amore
Ardo: et in transtris iactate feruit Argus:
Hæc maris erubuit nemexa pelle fouere



Liber primus.

Concubitus: et Hylan pereuntem querere coelebs,
Hunc salius: cantuq; domus pinaria templum
Collis Auentini conuera in sede frequentat.
Thebanus iuuenis superatis fit deus iudis.
Successu dum victor ouans lasciunt: et aurum
Captiuæ gentis reuehit: spolijsq; superbus
Diffluit in luxum cum semiuero comitatu:
Atq; audus vini multo se proluit haustu
Semmantis pateræ spumis multoq; salerno
Perfundens bijugum rozantia terga ferarum.
His nunc pro meritis Baccho caper omnibus aris
Læditur. et virides discidunt ore chelydros
Qui Bromium placare volunt: quod et ebria iam tunc
Ante oculos regis satyrorum insania fecit:
Et fecisse reor stimulis furialibus ipsas
Æxadas inflammante mero in scelus omne rotatas.
Hoc circum saltante choro tumultus adulter
Inuenit expositum secreti in litore: acta
Corporis egregij scortum: quod perfidus illis
Liquerat in coesto iuuenis satiatus amore.
Hanc iubet assumptam feruens post vina Hæxeram
Secum in delitijs fluitantis stare triumphij:
Regalemq; decus capitis gestare coronam.
Ador Ariadneus stellis coelestibus ignis
Additur: hoc pretium noctis persoluit honore
Liber: ut ætherium meretricis illuminet axem.
Tantum posse omnes illo sub tempore reges.
Indocilis fatui ducebat ineptia vulgi:
Ut transire suis cum sordibus induperator
Posset in æternum coeli super ardua regnum.
Regia tunc omnis vim maiestatis et omnis
Parua licet coeli imperium retinere potestas
Credita. thure etiam ducibus paruoq; sacello
Impertitus honos: quæ dum metus. aut amor. aut spes

Contra Symmachum.

Accumulant longum miseris processit in æuua
Abos patrius. coepit falsa pietatis imago
Ire per ignaros nebuloso errore nepotes.
Tunc quia quæ uiuis veneratio regibus ante
Contigerat functis: eadem iam munere lucis
Cessit: et ad nigras altaria transtulit vinas.
Inde puellarum ludibria. pignora. partus.
Et furtiuus amor iuuenum: et deprehensa iugalis
Corruptela tori: quoniam regalibus aula
Feruere tunc vitijs solita est: nec perdita luxu
Diuorum soboles sancti meminisse pudoris.
Atq; ut Roma tuos coelesti ex sede parentes:
Quis te semideam iactant authoribus ortam:
Perstringam breuiter Graduum vel Lithæream:
Ille sacerdotem violat. contra illa marito
Succumbit Phrygio. coitus fuit impar vtriq;
Nec terrestre deam decuit mortale subire
Coniugium: nec coelicolam descendere Epheobum
Virginis ad vitium: furtiuoq; igne calere.
Sed Venus augusto de sanguine foemina vili
Priuatoq; viro vetitum per dedecus hæsit.
Et si Rhea sacram lasciuæ Martis amore
Lusa pudicitiam fluuiali ammisit in vluæ:
Crediderim generosæ aliquem stirpis: sed eundem
Adoribus infamem compressa virgine per vim
Si dixisse deum: ne stuprum numinis vllus
Obicere auderet turpi miseræq; puellæ.
Hæc Italos induxit auos vel fama vel error:
Martia romuleo celebrarent vt sacra campo:
Utq; palatinis capitolia condita satis
Signarent titulo proauis Iouis: atq; pelasgæ
Palladis: et Libyca Junonem ex arce vocarent
Cognatos de Marte deos: Veneris quoq; nudum
Accirent proceres hericino e vertice signum:

Liber primus.

Utq; deum mater Phrygia veberetur ab ida.
 Bacchica de viridi peterentur vt orgia Itharo.
 Facta est terrigenæ domus vnica maiestatis.
 Et tot templa deo Romæ: quod in vrbe sepulchra
 Heroum numerari licet. quos fabula manes
 Mobilitet noster populus veneratus adorat
 Hos habuere deos Anc? Numitor. Numma. Tull?
 Tala pergamæas fugerunt numina flammas.
 Sic vesta est. sic Palladium. sic vmbra penatum.
 Talis et antiquum terra asseruauit asylum.
 ¶ Et semel obledit gentilio pectora patrum
 Vana superstio: non interrupta cucurrit
 Aetatu per mille gradus. tener horruunt hæres:
 Et colui: quicquid sibi met venerabile cani
 Adstrarant atavi. puerozum infantia primo
 Errorem cum lacte bibit. gustauerat inter
 Uagitus de farre molæ. fara inlita cæris
 Uiderat: unguentoq; lares humescere nigros.
 Formatu fortunæ habitum cum diuite cornu:
 Sacratum que domi lapidez consistere paruus
 Spectarat: matremq; illic pallere precantem.
 Ador humeris positus nutricis truiit et ipse
 Impressis silicem labris. puerilia vota
 Fudit. opesq; sibi cæca de rupe poposcit.
 Persuasumq; habuit: qd quis velit ide petendum.
 Non qui oculos animuq; leuans rationis ad arcem
 Retulit: insulum tenuit sed credulus ysum
 Priuatos celebrans agnozum sanguine diuos.
 Jamq; domo egrediens vt publica festa diesq;
 Et ludos stupuit: celsa et capitolia vidit:
 Laurigerosq; deũ templis astare ministros
 Et sacram resonare viam mugitibus ante
 Delubrum Romæ: colitur nam sanguine et ipsa
 Aore dex: nomenq; loci ceu nume habetur

Amartigenia

Atq; vrbis: Venerisq; pari se culmine tollunt
 Tempa: simul geminis adolentur thura deabus.
 Vera ratus: quæcumq; senatu authore probentur.
 Contulit ad simulacra fidem: dominosq; putauit
 Aetheris: horrifico qui stant ex ordine vultu.
 Illic. Alcides spoliatis gradibus hospes
 Arcadiæ fuluo ære riget: gemini quoq; fratres
 Corrupta de matre notbi ledæia proles.
 Nocturniq; equites celsæ duo numina Romæ
 Impendent retinente solo: magniq; triumphi
 Puntia suffuso figunt vestigia plumbo.
 Assistunt etiam prisorum insignia regum
 Dir italus. Janusq; bifrons. genitorq; Sabinus.
 Saturnusq; senex. maculoso r corpore Picus
 Coniugis epotum sparsus per membra venenum.
 Omnibus ante pedes posita est sua cuiq; vetusta
 Trula. Jano etiam celebri de mense litatur
 Auspicijs epulisq; sacris. quas inueterato
 Deu sub honore miseri agitant. r gaudia ducunt
 Festa calendarum. sic obseruantia creuit
 Ex atavis quondam male coepta. deinde secutis
 Tradita temporibus serisq; nepotibus aucta
 Traxerunt longam corda inconsulta catenam.
 A. o. q; tenebrosus vitiosa in sæcula fluxit.
 ¶ Hunc morem veterum docili iam ætate secuta
 Posteritas. mens. atq; adytis. r flamine. r aris
 Augustum coluit. vitulo placauit r agno.
 Strata ad puluinar iacuit. responsa poposcit.
 Testantur tituli. produnt consulta senatus.
 Cæsareum Jouis ad speciem stauentia templum.
 Adiacere sacrum: fieret quo Luia Juno
 Non minus infamis thalami sortita cubile:
 Quam cum fraterno caluit Saturnia lecto.
 Non dum maternam partu vacuauerat aluum:



Liber primus.

Conceptamq; viri sobolem paritura gerebat
 Pronuba iam grauidæ fulcrum z geniale parantur.
 Jam sponsus saliente vtero nubentis amicos
 Aduocat. haud sterilē certus fore iam sibi pactam.
 Elitricus ante venit tardum præferuidus ortum
 Priuigni nondum geniti. mox editur inter
 Crescensia nouo proles aliena marito:
 Idq; deum sortes z Apollinis antra dederunt
 Consilium: nunquam melius nam cederet tædas
 Responsum est: quâ cū prægnans noua nupta iugatur.
 Hanc tibi Roma deam titulis z honore sacratam
 Perpetuo flores inter veneresq; creasti.
 Nec mirum. quis enim sapiens dubitauerat illas
 Adortali de stirpe satas virisse: z eadē
 Laude ventustatis claras in amoribus vsq;
 Ad famæ excidium formæ nituisse decore?
 Quid loquar Antinoum coelesti sede locatum?
 Illum delitias nunc diui principis: illum
 Purpureo in gremio spoliatum sorte virilē
 Adrianiq; dei Sanymedem non erat os dis
 Pergere: sed medio recubantem cum Jouis fulcro.
 Mectaris ambrosij sacrum portare lyæum:
 Curq; suo in templis vota exaudire marito.
 Ergo his auspiciis Traianus. Merua. Seuerus.
 Et Titus. z fortes gesserunt bella Herones:
 Quos terrena viros illustres gloria fecit:
 Et virtus fragilis prouerit in ardua famæ
 Adscitæ terris sub religione iacentes.
 Quam pudet hoc illis persuasum talibus: vt se
 Romanaq; acies censerent Martis amore
 Posse regi: dum se Paphiæ male blandus adulter
 Glenditat: aeneadaq; suos successibus auget.
 Felices si cuncta deo sua prospera Christo
 Principe disposita scissent: qui currere regna

Contra Symmachum.

Certis ducta modis: Romano: umq; triumphis
 Crescere: z impletis voluit se infundere seclis.
 Sed caligantes falso animas z luce carentes
 In Jouis Augustiq; adytis templisq; duarum
 Junonum. Martisq; etiam Venerisq; sacellis
 Adactatas tetro læti immerlere baratro.
 Supremum regimen crassis in partibus orbem
 Esse rati: merisq; poli consilere fundo.
 Quicquid humus. pelagus. coelū mirabile gignunt:
 Id duxere deos. colles. freta. flumina. flammæ.
 Hæc sibi per varias formant elementa figuras.
 Constituere patres hominumq; vocabula mutis
 Scripserunt statuis: vel Neptunum vocitantes
 Oceanum: vel cyaneas caua flumina nymphas:
 Vel siluam dryadas: vel deuia rura napeas.
 Ipse ignis nostrum factus qui seruit ad vsū.
 Vulcanus perhibetur: qui virtute superna
 Singitur: ac delubra deus z nomine z ore
 Assimilatus habet: nec non regnare caminis
 Fertur: z æolix summus faber esse vel ætæ.
 Est qui conspicuis superos quæsiuit in astris
 Iulius habere deum solem: cui tranite certo
 Conditio imposta est vigilem tolerare laborem
 Utibus obiectum mortalibus: orbe rotundo
 Precipitem: tereti q; globo perinane volantem.
 Et quod nemo negat mundo coeloq; minorem.
 Drea maior enim. quam qui percurrit in illa.
 Et longe campi spatium diffusius. in quo
 Emicat. ac volucris feruens rota voluitur axe:
 Quamuis nonnullis placeat terram breuiore
 Dicere circuitu: quam sit pulcherrimus ille
 Circulus z flammæ inmensi syderis vltra
 Telluris normam porrecto extendere gyro.
 Num ne etiam coeli minor z contractior orbis:



Prudentij.

Cuius planiciem longo transmittere tractu
Circinus excurrens meta interiore laborat:
Ille deus verus. quo non est grandior: vlla
Materies: qui sine caret: qui p̄sudet omni
Naturæ: qui cuncta simul concludit: et implet.
Solem certa tenet regia. plaga certa coercet.
Temporibus varijs distinguitur. aut subdit ortu.
Aut ruit occasu. latet. aut sub nocte recurrēs
Non torquere facem potis est ad signa trionum:
Orbe nec obliquo portas aquilonis adire:
Nec solitum conuersus iter reuocare retro: sum.
Hic erit ergo deus p̄scriptis lege sub vna
Deditus officijs? Libertas laxior ipsi
Concessa est homini: formam cui flectere vitæ:
Atq; voluntatis licitum est seu tramite dextro
Scandere: seu leuo malit decurrere campo.
Sumere seu requiem: seu continuare laborem:
Seu parere deo: siue in contraria verti.
Ista ministranti regimen solenne dierum
Haud quaquam soli datur a factore potestas:
Sed famulus subiectus ait. quodcūq; necesse est.
Hoc sydus currū. rapidas q̄ agitare quadrigas
Commissi et radios capitis. et verberare dextræ.
Et frenos. falerasq; z equorum pectora ambela
Aeris inaurata. vel marmoris. aut ozichalci
Fusserunt nitido fulgere polita metallo.
Post trabeas et eburnā aquilam sellamq; curulē
Lernuq; ora senex barbatus. z oscula figit
Luribus acripedum si fas est credere equorum:
Inmotasq; rotas et flecti nescia lora
Aut ornat redimita rosas. aut ture vaporat.
Hoc tamē vtcunq; est tolerabile. quid? qd̄ z istos
Dant tibi Roma deos inferni gurgitis vmbra.
Lumenidum domina stygio caput exerit antro

Contra Symmachum

Rapta ad tartarei thalamum Proserpina regis:
Et si quando suos dignatur adire quirites.
Placatur vacca sterilis ceruice resecta:
Et regnare simul coeloq; ereboq; putatur.
Nunc bigas frenare boues: nunc saxa sororum
Agmina vipereo superis immittere flagro:
Nunc etiam volucres caprearum in terga sagittas
Spargere: terq; suas eadem variare figuras.
Deniq; cum luna est: sublustri splendet amictu.
Cum succincta iacit calamos: latonia virgo est.
Cum subnixta sedet solio: plutonia coniunt
Imperitat furijs: et dicta iura Adegara.
Si verum quæris. triuix sub nomine dæmon
Tartareus colitur: qui te modo raptat ad æthram:
Sydereoq; deum venerandum suadet in astro.
Per siluas modo mortiferi discurrere mundi:
Erroresq; sequi subigit: nemorumq; putare
Esse deam: quæ corda hominum pauitantia figat:
Quæq; feras perimat letali vulnere mentes.
Depressos modo subter humum formidine sensus
Obruit: implorent vt numina lucis egenas
Seq; potestati committant noctis operta.
Respice terrifici scelerata sacraria Ditis:
Cui cadit infaustra fusus gradiator harena
Heu male lustratæ phlegethontia victima Romæ.
Nam quid vesani sibi vult ars impia ludi?
Quid mores iuuentū? quid sanguine pasta voluptas?
Quid puluis caueæ semper funebris? et illa
Amphitheatralis spectacula tristia pompæ?
Mempe Charon iugulis miserorum se duce dignas
Accipit inferas placatus crimine sacro.
Hæ sunt delitiæ Jouis infernalis in istis
Arbiter obscuro placidus requiescit auerno.
Non ne pudet regem populis sceptrisq; potentem



Liber primus.

Talia pro patriæ censere litanda salute?
Religionis opem subternis poscere ab antris?
Euocat heu poenis tenebrosa ex sede ministrum
Interritus? speciosa hominum cui funera soluat.
Incessum arguere taurica sacra solemus.
Funditur humanus latiali in munere sanguis:
Confessusq; ille spectantum soluit ad aram
Plutonis fera vota sui. quid sanctius ara:
Quæ bibit egestum per mystica tela cruorem?
An ne fides dubia est tibi sub caligine cæca
Esse deum? quem tu tacitis rimeris in ymbriis.
Ecce deos inanes cur inficiaris haberi:
Ipsa patrum monumeta probant. dis manibus illic
Aurora secta lego. quacunq; latina vetustos
Custodit cineres: densisq; salaria bustis.
Quid quibus hic scribis titulu: nisi quod trucidis orci
Imperium veræ ceu maiestatis adoras?
En quibus implicita squallebat regia summi
Imperij tractis maiorum ab origine sacris.
Cum princeps gemin bis victor: cede tyranni
Pulchra triumphali respexit moenia vultu:
Nubibus obsessam nigrantibus aspicit urbem.
Noctis adumbratæ caligine turbidus aer
Arcebat liquidum septena ex arce serenum.
Ingemuit miserans: et sic ait. exue tristes
Fida parens habitus. equidẽ prædiuite cultu
Illustrata cluis: spolijsq; insigne superbis
Attollis caput. et multo circumfluis auro.
Sed nebulis propter volitantibus obsitus alti
Uerticis horret apex. ipsas quoq; liuida gammae
Lux hebetat. spissusq; dies et fumus oboza
Suffusus rutilum frondis diadema retundit.
Obscuras video tibi circumferrier ymbrias:
Betuleasq; animas. et nigra idola volare.

Contra Symmachum.

Censeo sublimem tollas super aera vultum:
Sub pedibusq; tuis numbosa elementa relinquas.
Omne quod ex mundo est: tibi subiacet. hoc de? ipse
Constituit: cuius nutu dominaris: et orbi
Imperitas: et cuncta potens mortalia calcas.
Non decet: vt submissa oculos regina caducum
Contemplere solum: maiestatemq; requiras
Circa humiles reruz partes: quibus ipsa superstas.
Non patiar veteres teneas vt me duce iugas:
Ut carioforum venereris monstra deorum.
Si lapis est: senio dissoluitur: aut crepat ictu
Percussus tenui. mollis si brattea gypsum
Tererit: infido rarefcit glutine sensim.
Si formam statuæ laminis commisit abenis
Uma terens: aut in partem caua membra grauata
Pondere curuantur: scabra aut erugo peresam
Conficit effigiem: crebroq; foramine rumpit.
Nec tibi terra deus coeli. nec sit deus astrum.
Nec deus oceanus. nec vis quæ subter operta est
Infernis triste ob meritum damnata tenebris.
Sed nec virtutes deus hominum aut animarum.
Spirituum ve vage tenui. sub imagine formæ.
Absit vt ymbra deus tibi sit genus ve locus ve.
Aut deus aerias volitans phantasma per auras.
Sint hæc barbaricis gentilia numina pagis:
Quos penes oẽ sacruz est: quicqd formido tremẽdũ
Suaserit: horrificos quos prodigialia cogunt
Credere. monstra deos: quos sanguinolentus edẽdi
Apos iuuat: vt pinguis luco lanietur in alto
Victima visceribus multa inter vina vorandis.
At te: quæ domitis leges ac iura dedisti
Gentibus instituens. magnus qua tenditur orbis:
Armorum morumq; feros mansuescere ritus:
Indignum ac miserum est in religione tenenda
Id sapere: inmanes populi de more serino

Liber primus.

Quod sapiunt: nullaq; rudes ratione sequuntur.
Seu vos procinctus maneat: seu pace quietas
Dicemus leges: seu debellata duorum
Colla tyrannorum media calcemus in vrbē:
Agnoscas Regina libens mea signa necesse est:
In quibus effigies crucis: aut gemmata refulget:
Aut longis solido ex auro præfertur in hastis.

De Potentia Crucis.

Hoc signo inuictus transmissis alpius vltro
Seruitium soluit miserabile Constantinus.
Cum te pestifera premeret Aparentius aula:
Lugebas longo damnatos carcere centum
Ut scis ipsa patres. aut sponsus foedera pactæ
Intercepta gemens diroq; satelhte rapta.
Immersus tenebris dura inter vincula luebat.
Aut si nupta torum regis conscendere iussa
Cooperat impurum domini oblectare furorem:
Aorte maritalis dabat indignatio poenas.
Plena puellarum. patrumq; ergastula seui
Principis abducta genitor: si virgine mussans
Tristius ingemuit: non ille impune dolorem
Prodidit: aut confessa nimis suspiria traxit.
Etim libertatis nimiam patriumq; dolorem
Testis christicolæ ducis aduentantis ad urbem
Abilius exceptum tyberina in stagna tyrannum
Præcipitans. qua nam victricia viderit arma
Maiestate regi: quod signum dextera vindex
Prætulit: quæ tali radiarint stemmate pila:
Christus purpureum gemmanti textus in auro
Signabat labarum. clypeorum insignia Christus
Scripserat. ardebat summis crux addita cristis.
Ipse senatorum meminit clarissimus ordo:
Qui tunc concreto processit crine catenis
Squallens carcereis: aut nexu compede vastæ

Contra Symmachum

Complexusq; pedes victoris ad inclyta flendo
Procubuit verilla iacens. tunc ille senatus
Militiæ vlticis titulum Christi q; vetendum
Nomen adorauit: quod collucebat in armis.
Ergo caue egregium caput orbis inania posthac
Prodigia: et esse deos solito tibi fingere cultu:
Atq; experta dei virtutem spernere veri.
Deponat iam festa. velim puerilia. ritus
Ridiculos. tantoq; indigna sacraria regno.
Aarmora tabenti respergine tincta lauare
O proceres liceat statuas consistere puras
Artificum magnorū opera. hæc pulcherrima nostræ
Ornamenta fiant patria: nec decolor vsus
In vitium versa monumenta coinquinet artis.
Talibus edictis vrbis informata refugit
Errores veteres: et turbida ab ore vieto
Mubila discussit iam nobilitate parata
Æternas tentare vias: Christumq; vocante
Magnanimo doctore sequi: et spem mittere in æuū:
Tunc primum senio docilis sua secula Roma
Erubuit. pudet exacti iam temporis. odit
Præteritos foedis cum religionibus annos.
Aor vbi continguos fossis muralibus agros
Sanguinis iustorum innocuo maduisse recordans
Inuidiosa videt tumulorum millia circum:
Tristis iudicij mage poenitet: ac dictionis
Effrenis. nimiaq; sacris pro turpibus iræ
Compensare cupit teterrima vulnera lætæ
Iustitiæ sero oblequio veniaq; petenda:
Ne tanto imperio maneat pietate repulsa
Crimen scuitiæ monstrata piacula quærit:
Inq; fidem Christi pleno transfertur amore.
Laurea victoris Arij minus utilis vrbis
Cum traheret humida populo plaudete Jugurtæ:

Liber primus.

Nec tantum Arpinas consul tibi Roma medelæ
Contingit extincto iusta inter vincla Lethægo:
Quantum præcipuus nostro sub tempore princeps
Præscripsit: tribuitq; boni. multos Catilinas
Ille domo pepulit non sæua incendia tectis
Aut sicas patribus: sed tartara nigra animabus:
Internoq; hominum statui tormenta parantes.
Errabant hostes per templa. per atria passim.
Romanumq; forum. et capitolia celsa tenebant.
Qui coniuratas ipsa ad vitalia plebis
Politi insidias intus serpente veneno
Consuerant tacitis pestem miscere medullis.
Ergo triumphator latitanti ex hoste togatus
Clara trophæa refert sine sanguine: remq; Quirini
Adiuefcit supero pollere in sæcula regno.
Deniq; nec metas statuit. nec tempora ponit.
Imperium sine fine docet: ne Romula virtus
Jam sit anus. noxat ne gloria parta senectam.

Romanorum Senatū conuersum ad Christum.

Exultare patres videas pulcherrima mundi
Lumina: conciliumq; senum gestire Latonum:
Candidiore toga niueum pietatis amictum
Sumere: et exuias deponere pontificales.
Jamq; ruit paucis tarpeia in rupe relectis
Ad sincera virum penetralia Nazareorum:
Atq; ad apostolicos euandria curia fontes
Anniadum soboles et piguora clara proborum.
Fertur enim ante alios generosus Amitius vrbis
Illustrasse caput. sic se Roma inclyta iactat.
Omnis et Olibriaci generisq; et nominis hæres
Adiectus fastis palmata insignis abolla
A partyris ante fores Bruti submittere fasces
Ambit: et Ausoniam Christo inclinare securem.
Non Paulinorum. non Bassorum dubitauit

Contra Symmachum.

Prompta fides dare se Christo: stirpemq; superbam
Sentis patriciæ futuro attollere sæclo.
Jam quid plebicolos percurrâ carmine gracchos
Iure potestatis fultos et in arce senatus
Præcipuos: simulacra deum iussisse reuelli?
Lumq; suis pariter lictoribus omnipotenti
Suppliciter Christo se congregasse regendos?
Sexcentas numerare domos de sanguine præco
Nobilium licet ad Christi signacula versas
Turpis ab idoli vasto emerisse profundo.
Si persona aliqua est: aut si status vrbis in his est:
Si formam patriæ facit excellentior ordo:
Hi faciunt. iuncta est quoties sententia plebis:
Atq; vnum sapiunt plures simul ac potiores.
Respice ad illustrem lux est vbi publica: cellam:
Vix pauca inuenies gentilibus obsita nugis
Ingenua obstrictos ægre retinentia cultus:
Et quibus exactas placeat seruare tenebras:
Splendentemq; die medio nec cernere solem.
Plebem Romanam in Christum credidisse:
Post hinc ad populū cōuerte oculos. quis in vrbe est:
Qui Iouis infectam sanie non despuat aram?
Omnis qui celsa scandit coenacula vulgus:
Quisq; terit silicem variis discussibus atram:
Et quem panis alit gradibus dispensus ab altis:
Aut vaticano tumulum sub monte frequentat:
Quo cinis ille latet genitoris amabilis obses:
Coetibus aut magnis Laterani accurrit ad ædes:
Unde sacrum referat regali chrisimate signum.
Et dubitamus adhuc Romam tibi Christe dicatā
In leges transisse tuas omniq; volentem
Cum populo et summis cum ciuibus ardua magni
Jam super astra poli terrenum extendere regnum:
Nec moueor: quid pars hominū rarissima clausos

Liber primus.

Non aperit sub luce oculos et gressibus errat.
Quamuis illustres meritis et sanguine clari
Præmia virtutum titulis et honoribus aucti
Ardua rettulerint: faustorumq; arce potiti
Annales proprio signarint nomine chartas:
Atq; inter veteres cera numerentur et aere.
Atta men in paucis iam deficiente caterua
Nec persona sita est patriæ: nec curia constat.
Et quodcunq; fouent studij priuata voluntas.
At iam rara tenent: ac publica vota reclamant
Dissensu celebri trepidum damnantia murmur.
Sic consulta patrum subsistere conscriptorum
Non aliter licitum prisco sub tempore: quam si
Trecentum sensisse senes legerentur in vnum.
Seruemus leges patrias. infirma minoris
Vox cedat numeri: paruaq; in parte silescat.
Aspice quam plena subsellia nostra Senatu
Discernant: infame Jouis puluinar et omne
Idolum longe purgata ex vrbe fugandum.
Qua vocat egregij sententia principis: illuc
Libera tum pedibus tum corde frequentia transit.
Nec locus inuidiæ est. nullum vis aspera terret
Ante oculos. sic velle patet. cunctiq; probatu
Non iussu sola capiti ratione sequuntur.
Deniq; pro meritis terrestribus æqua rependens
Adunera sacricolis: summos impertit honores
Dux bonus: et certare sinit cum laudeseuorum.
Nec pago implicitos per debita culmina mundi
Ire viros prohibet: quoniam coelestia nunquam
Terrenis solitum per iter gradientibus obstant.
Ipse magistratum tibi consulis: ipse tribunal
Contulit: auratumq; togæ donauit amictum.
Cuius relligio tibi displicet o pereuntum
Adfertor regum: solus qui restituendos

Contra Symmachum.

Tulcani Martisq; dolos Venerisq; peroras.
Saturniq; senis lapides. phoebiq; furores.
Iliacæ matris megalesia. bacchica Nisi.
Isidis amissum semper plangentis Osirim.
Adimica ridendaq; suis solennia caluis.
Et quascunq; solent capitolia claudere laruas.
O linguam miro verborum fonte fluentem:
Romani decus eloquij: cui cedat et ipse
Tullius. has fundit diues facundia gemmas:
Os dignum æterno tinctum quod fulgeat auro:
Si mallet laudare deum: cui sordida monstra
Prætulit: et liquidam temeravit crimine vocem.
Haud aliter quam cum rastris quis tentat eburnis
Loenosum versare solum: limoq; madentes
Excolere aureolis si forte ligonibus vluas:
Splendorem dentis nitidi scrobis inquinat atra
Et preciosa acies. squallenti sordet in aruo.
Non vereor ne me nimium confidere quisquam
Arguat: ingensq; putet luctamen inire.
Sum memor ipse mei satis: et friuola noui.
Non ausim conferre pedem. nec spicula tantæ
Indocilis fandi coniecta lacessere lingua.
Illæsus manet liber excellensq; volumen.
Obtrineat partam dicendi fulmine famam:
Sed liceat. tectum seruare a vulnere pectus:
Oppositaq; volans iaculum depellere parma.
Nam si nostra fides sæclo iam tuto quieto
Viribus infestis hostiliq; arte petita est:
Cur mi fas non sit lateris sinuamine flexi
Ludere ventosas iactu pereunte sagittas:
Sed iam tempus iter longi cohibere libelli:
Ne tractum sine fine ferat fastidia carmen.

Finit liber primus cōtra Symmachum.



Liber secundus.
Au. P. U. L. contra Symmachum.
Liber secundus.



Pmon quem vocitat
petrum:
Sumus discipulus
dei
Lucis forte sub exitu
Lum vesper crocens rubet:
Luriam vulserat ancoram
Captans flamina linteis:
Et transmare volens fretum
Mor ventum mouet obuium
Fundo: qui misceat mare:
Factatam quatnat ratem.
Clamor nauticus æthera
Plangens atq; vlulans ferit
Lum stridore rudentium.
Nec quicquam suberat spei
Apergendis prope naufragis:
Lum christu procul aspicit
Pallens turba periculis
Lalcantem pedibus mare:
Ac si per solidam viam
Siccum littus obambulet.
Hæc miracula cæteri
Electores pauidi stupent:
Solutus non trepidus petrus
Agno scit dominum poli
Terræq; et maris inuui:
Luius omnipotentis est
Plantis æquora subdere.
Lendit suppliciter manus.
Notum subsidium rogat.

Alit ille placidus annuens
Puppi vt desiliat iubet.
Iussis osequitur Petrus.
Sed vestigia fluctibus
Summis tinguere coeperat:
Et lapsante gradu pedes
Pessum mergere lubricos
Abortalem deus increpat:
Qui sit non stabili fide:
Nec calcare fluentia:
Nec christum valeat sequi.
Lum dexetra famulum leuat:
Sistitq; et docet ingredi
Tergum per tumidum freti.
Sic me tuta silentia
Egressum dubijs loquax
Infert lingua periculis.
Non vt discipulum petrum
Fidentem merito et fide:
Sed quæ culpa frequens leuè
Voluat per freta naufragum.
Sum plane temerarius:
Qui noctis inibi conscius
Quam vitæ in tenebris ago
Puppem credere fluctibus
Lanti non timeam viri.
Quo nunc nemo disertior
Exultat, fremit, intonat.
Clentisq; eloquijs tumet.
Lui versare facillimum est
Lractandæ indocilem ratis:

Contra Symmachum.

Si tu christe potens manum Non me fluctibus obruat:
Dextro numine porrigas. Sed sensim gradiens vadis
Facundi oris vt impetus Insistam fluitantibus.

Finit Præfatio.



Actenus et veterum cunabula prima deorum
Et causas: quis error hebes conflatu in orbe est:
Dirimus: et nostro Romam iam credere Christo.
Nunc obiecta legam. nunc dictis dicta refellam.
Unde igitur coepisse ferunt: aut ex quibus orsum:
Quo mage sancta ducum corda illice flecteret arte.

Symmachus.



Clis ita familiaris est barbaris: vt aram Victoris non
querat: cauti in posterum simus: et talium rerum ostē-
ta vitemus. reddatur saltem nomini honor: qui numi-
ni denegatus est. multa Victoris debet æternitas ve-
stra: et adhuc plura debet. Auertentur hanc potestatem: quibus
nihil profuit. Vos amicis triumphis patrocinium nolite desere-
re. Lunctis potentia ista votiua est. Nemo colendam neget: quæ
profitetur optandam

Prudentius.



Amorum dominos venerantes flore iuuentæ
Inter castra patris genitos sub imagine auitæ
Eductos exempla domi congesta tenentes
Orator catus instigat: ceu classica belli
Clangeret: eracuitq; animos: et talia iactat.
Si vobis vel parta viri Victoria cordi est:
Vel parienda debui: templum dea virgo sacratum
Obtineat vobis regnantibus. et quis magnus

Liber secundus.

Hostibus hanc sancte vestro negat esse colendam
 Imperio: cui semper adest: quod laudibus implet:
 Hæc vbi dicta dedit. reddunt placidissima fratrum
 Ora ducum. scimus quam sit victoria dulcis
 Fortibus ausonix vir facundissime lingua:
 Sed qui illa modis qua sit ratione vocanda:
 Nouimus. hæc primum pueros pater imbuuit arte.
 Hanc genitore suo didicit puer ipse magistro.
 Non artis. non farre. sale victoria felix
 Exorata venit. labor impiger. aspera virtus.
 Vis animi excellens. ardoz. violentia. cura.
 Hanc tribuunt durum tractendis robur in armis:
 Quæ si defuerint bellantibus: aurea quamuis
 Aarmoreo in templo rutilas Victoria pennas
 Explicet: et multis surgat formata metallis:
 Non aderit: versisq; offensa videbitur hastis.
 Quid miles proprijs diffusis viribus aptas
 Irrita foemineæ tibi met solatia formæ?
 Nunquam pennigeram legio ferrata puellam
 Vidit anhelantem: reget que tela virozum.
 Vincendi quæris dominam? sua dextera cuiq; est
 Et deus omnipotens: non pexo crine virago
 Nec nudo suspensa pede strophioq; recincta.
 Nec tumidas fluitante sinu vestita papillas.
 At vos pictozum docuit manus assimilatis
 Jure poetarum numen componere monstris:
 Aut lepida ex vestro sumpsit pictura sacello:
 Quod varijs imitata notis caraq; liquenti
 Duceret in faciem socijsq; poematis arte:
 Aucta coloratis auderet ludere fucis.
 Sic vnum sectantur iter: sic inania rerum
 Somnia concipiunt? Homerus? acer Apelles
 Et Numæ: cognatumq; volunt pigmenta camenæ.
 Idola conflauit fallendi trina potestas.

Contra Symmachum.

Hæc si non ita sunt: datur cur sacra vobis
 Extabulis cerisq; poetica fabula præstat:
 Cur berecynthiacus perdit truncata sacerdos
 Inguina: cum pulcher sese castrauerit Alys:
 Cur etiam templo triuix lucisq; sacratiss
 Cornipedes arcentur equi: cum phedra pudicum
 Raptarit iuuenem volucri per littora curru:
 Idq; etiam paries tibi versicolorus adumbret:
 Desine si pudor: est gentilis ineptia tandem
 Res incorporeas simulatis fingere membris.
 Desine terga hominis plumis obducere frustra.
 Fertur auis mulier: magnusq; eadem dea vultur.
 Vis decorare tuum ditissima Roma Senatum?
 Suspende exuias armis? sanguine captas:
 Longere caesozum victrix diademata regum.
 Frange repulsorum foeda ornamenta deozum.
 Tunc tibi non terris tantum Victoria parta:
 Sed super astra etiam media seruabitur æde.
 Talia principibus dicta in te fantibus: ille
 Prosequitur: magnisq; tubam concentibus inflat.
 Allegat morem veterum. nil dulcius esse
 Adfirmat solitis: populosq; hominesq; teneri
 Lege sua: sicut varix nascentibus inquit
 Contingunt pueris animæ: sic vrbibus adfert
 Hora dieq; suus cum primum moenia surgunt
 Aut fatum aut ingenium: cuius moderamine regnent.
 Addit? et arcanum rerum veri q; latebras
 Prosperitate aliqua deprendi posse secundis
 Per documenta bonis: si sint felicia: quæ quis
 Experiendo probet cessisse parentibus omne
 Idolum semper feliciter? pede dextro.
 Enumerat longi vium temporis. excitat ipsam
 Crinibus albensentem niueis? fronte vieta
 Die reposcentem querulo sua numina Romam.



Liber primus.

Libera sum. liceat proprio mihi viuere more.
Et quis erit. qui mille meos reprehenderit annos?
Uno omnes sub sole siti. vegetamur eodem
Aere. communis cunctis viuentibus aura.
Sed qui sit: qualisq; deus: diuersa secuti
Quærimus. atq; vijs longe distantibus vnum
Finis ad occultum. proprius genti cuiq; est mos.
Per quod iter properans eat ad tam grande profundum.
His tam magnificis tantaq; fluentibus arte
Respondit vel sola fides doctissima primum
Pandere vestibulum veræ ad penetralia sectæ.
Nam cum diuinis agimus de rebus: et illum
Qui vel principio caruit: vel fine carebit:
Quisq; chaos anterior: fuerit: mundumq; crearit:
Coniectare animo contendimus. erigua est vis
Humani ingenij: tantoq; angusta labori.
Quippe minor natura aciem si intendere tenter
Acrius: ac penetrare dei secreta supremi:
Quis dubitet victo fragilem lassescere visum:
Uimq; fatigatæ mentis sub pectore paruo
Turbari: inualidisq; hebetem succumbere curis:
Sed facilis fidei via prouocat omnipotentem
Credere: qui bona non tantum præsentia donat.
Sed ventura etiam: longisq; intermina seclis
Promittit. nec totus eam resolutus inane
In nihilum: pereamq; breuem post luminis usum:
A muneris authorem ipso de munere pendas.
Æterna æternus tribuit. mortalia confert
A mortalis. diuina deus: peritura caducus.
Omnia quæ tempus peragit: quæq; exitus aufert:
Vilia sunt breuitate sui. nec digna perenni
Largitore: cui propria est opulentia: nunquam
Desinere idq; homini dare quod non desinat vnquã.
Nam si corruptum corrupendumve deus quid

Contra Symmachum.

Præstat: habetq; nihil: quod sit præciosius istis:
Pauper et infirmus et summo indignus honore
Et non omnipotens: sed inanis numinis vmbra est.
Hac ratione fides sapienter conijcit: immo
Non dubitat verum esse deum. qui quod sumus: et quod
Uiuimus: illæsum semper fore si mereamur:
Nos sperare iubet. coelestia si placet inquit
Scandere: terrenas animo depellite curas.
Nam quantum subiecta situ tellus iacet infra:
Diuiditurq; ab humo conuerti regia coeli:
Tantum vestra meis distant mundana futuris.
Dira bonis. scelerata pijs. tenebrosa serenis.
Quicquid obire potest fugiatis censeo. quicquid
Naturæ ratione capit vitium: atq; senescit.
Pro nihilo in nihilum quia sunt reditura putetis.
Luncta quidem quæ gignit humus: quæ continet ipsa:
Principio institui. nitidoq; insignia mundo
Ornamenta dedi. speciosaq; semina finxi.
Sed tamen esse modum volui: parcisq; fruenda
Aporibus indulsi. quantum moribundus et ægri
Corporis: ac vitæ volucris sibi posceret usus:
Non vt captus homo studijs et inaniter ardens
Duceret omne bonum positum in dulcedine rerum
Et specie tenui: quas currere tempore iussi:
Atq; æuum statui: sub quo generosa probarem
Pectora: ne torpens et non exercita virtus
Robur eneruatum gereret sine laude palæstræ.
Eneruare suum corrupta per ocia robur
Posset: et in nullo luctamine pigra iaceret.
Illecebrosus enim sapor est et pestifer horum
Quæ dum prætereunt miro oblectamine mentes
Implicitas vinculasq; tenent. Vincenda voluptas.
Elaqueanda animi constantia: ne retinaclis
A. ollibus ac lentis nexa et captiua prematur.

Liber primus.

Astendum summis conatibus inter acerba.
 Sectandum virtutis iter: ne suauia fluxe
 Conditionis amet: nimium ne congerat aurum.
 Ne varios lapidum cupide spectare colores
 Ambitiosa velit. ne se popularibus auris
 Ostentet. pulchroq; inflata tumescat honore.
 Ne natale solum. patri ne iugera ruris
 Tendat. et externos animum diffundat in agros.
 Et ne corporeis addicat sensibus omne
 Quod vult: aut quod agit. ne præferat vtile iusto.
 Spenq; in me omnem statuatur. nunquam peritura
 Quæ dederit: sunt. æternum mea dona manebunt.
Hæc igitur spondente deo: quis fortis et acer
 Virtutisq; capax breue quidq; perennis in se
 Prætulit: vel quis sapiens potiora putarit
 Gaudia membrorum: quam viuæ præmia mentis?
 Non ne hominem ac pecudem distantia separatyna:
 Quod bona quadrupedi ante oculos sita sūt: ego cōtra
 Spero: quod extra aciem longum seruetur in æuum.
 Nam si tota mihi cum corpore vita peribit:
 Nec poterit superesse meum post funera quicquam:
 Quis mihi regnator coeli: quis conditor orbis?
 Quis deus: aut quæ iam merito metuenda potestas?
 Ibo per impuros feruente libidine luxus.
 Incestabo toros. sacrum calcabo pudorem.
 Inficiabor: habens aliquid sine teste propinqui
 Depositu. temeres auidus spoliabo clientes.
 Longævam perimam magico cantamine matrem.
 Tardat anus dominum dilata morte secundum.
 Nec formido malum. falluntur publica iura.
 Rex armata sedet: sed nescit crimen opertum.
 Aut si res pateat: iudet corrumpitur auro.
 Rara reos iusta percellit poena securi.
 Sed quid ego hæc meditor. reuocat de? ecce seuera

Contra Symmachum

Paritate minax. negat interitura meorum
 Per mortem momenta operum. non occidit inquit
 Interior: qui sperat homo. luet ille perenne
 Supplicium: quod subiectos male rexerit artus.
 Nec mihi difficile est liquidam circumdare flammis
 Naturam: quamuis perflabilis illa feratur
 Moxe noti. capiam tamen: et tormenta adhibebo
 Ipse incorporeus ac spirituum sator vnus.
 Quin et corporibus parili consortia poena
 Decernam: possum quoniam renouare fauillas
 Antiquam in faciem. nec desperanda potestas.
 Qui potui formare. nouum reparabo peremptum.
 Non desunt exempla meæ virtutis. in ipsis
 Seminibus natura docet reuiescere cuncta
 Post obitum. siccantur enim pereunte vigore:
 Quo vivere prius. tumescit et mortua sulcis
 Aut foueis mandata latent et mox sepulchri
 Obruta de tumulis rediuiuo germine surgunt.
 Nunquid nosse potes vel coniectare: quis istud
 Tam solers opifex struat: aut quæ vis agat intus?
 Ne vos o miseri physicorum dogmata fallant.
 En ego gignendi dominus ac restituendi
 Quod perit: fluxitq; potens siccissima quæq;
 In veteres formas aut flores aut fronde reduco.
 Idq; ipsum quandoq; homini facturum: inani
 Surgat ut ex cinere: structura que pristina constet.
 Quæ mihi pro meritis vel per tormenta rependat
 Crimina: vel summæ virtutis in arce coruscit.
 Non peritura dehinc quacumq; in sorte manebit.
 Interea dum mista viget substantia in vnum:
 Sit memor authoris proprii. veneretur. et oret
 Artificem submissa suum. Non condidit alter
 Valantis animæ figmentumz corporis alter:
 Nec bona præsentis vitæ numerosa gubernant

k



Liber secundus.

Numina. non alius segetes et spicea farræ
Suppeditat deus: haud alius dat musta racemis:
Purpureumque graui fundit de palmite succum.
Ipse ego sum virides oleas pinguescere baccis
Qui facio: gratia quas Pallade fingitis ortas.
Et qui lucinas tribuo nascentibus horas.
Duplex lege mea per mutua foedera serus
Signere amat sobolem: generisque propagine gaudet:
Quem vos lasciuis violatis amonibus ignem.
Et supra vestra deæ Ueneris præteritis umbra.
Unus ego elementa rego. nec mole laboris
Ut miser infirmus sue aliquis fragilisue fatigo.
Lux immensa mihi est: et non resolubilis ætas.
Sensibus et vestris haud intellecta vetustas.
Inde ministeriis ad tot moderamina mundi
Non egeo. nec participes sociosue requiro.
Porro autem angelicas legiones: quas mea fecit
Dextera: nosse meum est. et quæ natura creatis
Subsistat: qualesque mihi seruentur ad usus:
Tu me præterito meditaris numina mille:
Quæ simules parere meis virtutibus. ut me
Per varias partes minuas. cui nulla recidi
Pars aut forma potest: quia sum substantia simplex.
Nec pars esse queo. solis diuisio rebus
Compositis factisque subest. me nemo creauit:
Ut scindi valeam. cunctorum conditor vnus
Crede quod ex nihilo formaui. pars mea non est.
Quare age mortalis soli mihi construe templum.
Neque vnum venerare deum. cements remitto.
Et que saxa Paros secat. et quæ punica rupes.
Quæ maculosa tenet Syuna. et viridis Lacedemō.
Platium nemo scopuli mihi dedicet ostrum.
Templum mentis amor: non marmoris. aurea in illo
Fundamenta manent. fidei structura miuali

Contra Symmachum.

Consurgit pietate nitens. tegit ardua culmen
Iusticia. interius spargit sola picta rubenti
Flore pudicitie pudor almus: et atria seruat.
Hæc domus apta mihi est. hæc me pulcherrima sedes
Accipit. æterno celestique hospite digna.
Nec nouus hic locus est: fluit mea gloria in artus
Ut lux vera dei. deus illustrauit alumnam
Materiem. corpusque parans habitabile fecit
Ipse sibi: placito ut posset requiescere templo.
Condideram perfectum hominem spectare supernas:
Mandaram totis conuersum sensibus in me
Recto habitu celoque situ et sublimetuentem.
Sed desperit humum: seque inclinauit ad orbis
Diuitias: pepulitque meum de pectore numen.
Restituendus erat mihi met. summissus in illum
Spiritus ipse meus descendit: et edita limo
Viscera diuinis virtutibus informauit.
Iamque hominem adsumptum summus deus in deitate
Transiit: ac nostro docuit recalescere cultu.
Scire velim præcepta patris: quibus auribus hæc tu
Accipias itale censor doctissime gentis.
An veterum tantum morem ratione relicta
Eligis: et dici id patitur sapientis acumen
Ingeniumque viri. potior mihi pristinus est mos:
Quam via iusticie. pietas quam prodita coelo.
Quamque fides veri. recte quam regula secte.

Symmachus.

Scilicet cuique mos: suus cuique ritus est. Iam si longa ætas
Sauthoritate religionibus faciat: seruanda est tot si-
culis fides. Et sequendi sunt nobis parentes: qui sa-
liciter secuti sunt suos.

Prudentius.

Scilicet quicquid rudibus mundi nascentis in annis
Mos habuit: sacre colere ac seruare necesse est.

Omne reuoluamus sua per vestigia sæclum
 Usq; ad principium: placeat damnare gradatim.
 Quicquid posterius successor repperit vltus:
 Orbe nouo nulli subigebant arua coloni.
 Quid sibi aratra volunt? quid cura superflua rastris?
 Falignis melius saturatur glandibus aluis.
 Primi homines cuneis scindebant fissile lignum:
 Decoquat in massam feruens strictura secures
 Rursus: et ad proprium restillet vena metallum.
 Induuias cæcæ pecudes et frigida paruas
 Præbebat spelunca domos: redeamus ad antra
 Pellibus insutis. hirtos sumamus amictus.
 Immanes quondam populi feritate subacta
 Edomiti iam triste fremant: iterumq; ferinos
 In mores redeant: atq; ad sua prisca recurrant.
 Præcipitet scythia iuuenis pietate vietum
 Clotiuo de ponte patrem. sic mos fuit olim.
 Lædibus infantum fument saturnia sacra:
 Flebilibusq; truces resonent vagitibus aræ.
 Ipsa casas fragili texat gens romula culmo.
 Sic tradunt habitasse Remum. regalia foeno
 Fulcra supersternant: aut pelle libystidis xrsæ
 Compositam chlamydem villosam corpore gestent.
 Talia Trinacrius ductor vel Thuscus habebant.
 Roma antiqua sibi non constat versa per æuum.
 Et mutata sacris. ornatu. legibus. armis.
 Multa colit: quæ non coluit sub rege Quirino.
 Instituit quædam melius. nonnulla refugit:
 Et morem variare suum non destitit. 7 quæ
 Prædem condiderat iura: in contraria vertit.
 Quid mihi tu ritus solitos romane Senator
 Obiectas? cum scita patrum populiq; frequenter
 Instabilis placiti sententia fleta nouarit?
 Nunc etiam quoties solitis decedere prodest?

Præteritosq; habitus cultu damnare recenti.
 Laudemus compertū aliquid. tandemq; reiectum
 Quod latuit. tardis semper processibus aucta
 Crescit vita hominis: et longo proficit usu.
 Sic æui mortalis habet se mobilis ordo.
 Sic variat natura vices. infantia repit.
 Infirmus titubat pueri gressusq; animusq;
 Sanguine præcalido feruet neruosa iuuenta.
 Mox stabilita venit maturi roboris ætas
 Ultima. consilijs: melior: sed viribus ægra.
 Corpore succumbit mentem purgata senectus.
 His genus humanum per dissona tempora duxit
 Curriculis æuum mutabile. sic hebes inter
 Primitias versumq; solo titubauit: 7 instar
 Quadrupedis pueri lactantia viscera traxit:
 Mox tenerum docili ingenio iamq; artibus aptus
 Moscendis varia rerum nouitate politum est.
 Inde tumens vitijs calidos adoleuit in annos:
 Donec decocto solidaret robore vires.
 Tempus adest: vt iam sapiat diuina serenæ
 Mentis consilio viuacius abdita solers
 Quærere: et æternæ tandem inuigulare saluti.
 Quamquam si tantum studium est: et cura vetusti
 Mors: et a prisco placet haud discedere ritu.
 Extat in antiquis exemplum nobile libris
 Jam tunc diluuij sub tempore prius vni
 Inseruisse deo gentem: quæ prima recentes
 Incoluit terræ: vacuoq; habitauit in orbe.
 Unde genus nostræ ducit porrecta propago
 Stirpis: et indigenæ pietatis iura reformat.
 Sed quia Romanis loquimur de cultibus: ipsum
 Sanguinis hectori populum probo tempore longo
 Non multos coluisse deos: rarissq; sacellis
 Contentum paucas posuisse in colibus aras.

Liber secundus.

Innumeros post inde deos virtute subactis
Orbibus et claris peperit sibi Roma triumphis.
Inter fumantes templorum armata ruinas
Dextera victoris simulachra hostilia cepit:
Et captiua domum venerans ceu numina verit.
Hoc lignum rapuit binaris de strage Corinthi.
Illud ab incensis in praedam sumpsit Athenis.
Quasdam victa dedit capitis Cleopatra canini
Effigies, quasdam domitis Ammonis harenis.
Syrtica cornutas facies babuere trophaea.
Roma triumphantis quoties ducis inelyta currum
Pausibus excepit: toties altaria diuum
Addidit: et spolijs sibi met noua numina fecit.
Flumina: quae patrijs cum moenibus eruta: nullum
Praesidium potuere suis afferre facellis.
Lernis vt antiqui semper vestigia moris
Gressibus incertis varie titubasse probentur:
Ad discendo deos maioribus incompetos:
Seque peregrina sub religione dicasse:
Nec ritus seruasse suos: quodcumque sacrorum est:
Exulat: aeternumque inimicam venit in urbem.
Frustra igitur solitis praua obseruatio inhaeres.
Non est mos patrius: queque diligis improba, non est:
Sed solers orator ait fataliter urbem
Sortitam quo nam genio proprium exigit aeuum.
Lunctis nam populis, seu moenibus inditur inquit
Aut fatum aut Semus nostrarum more animarum:
Quae sub disparili subeunt noua corpora sorte.

Symmachus.

Uarios custodes urbibus mens diuinæ distribu
it, vt animæ nascentibus: Ita populis fatales
Semij induuntur.

Contra Symmachum.

Prudentius.

Iam primum qui sit Genius: vel qui status illi
Competat: ignoro, et quid possit: et vnde oriatur
Spiritus informis sine corpore, forma ne: an vlla
Sit species, et quid sapiat, quae munera curet.
Contra animas hominum venis vitalibus intus
Sic interfusas intelligo: sanguis vt ex his
Accipiat motumque leuem tenerumque vaporem:
Unde pererratis viget: et praecordia membris
Frigida succendat, riget arida, dura relaxet.
Sic hominis vitam sibi temperat: atque gubernat
Quida mens: quam tu ficto componere tentas
Aembrozum genio: quae nusquam est: nec fuit vnquam.
Quin et corporibus versat mens viua regendis
Summum consilium: fida vt tutacula nudis
Inualidisque paret metuenda pericula vitet.
Utile prospiciat, varias agitetur ad artes.
Consulte cui se domino submittat et orbis
Quem putat auctorem, quae rerum summa sequatur
At tuus hic urbis Genius dicas volo: quando
Coepit adhuc paruae primum se infundere Romae.
Fluxit ab vberibus nemo rosa in valle lupinis:
Infantesque aluit dum nascitur ipse gemitus.
An cum vulturibus voltans ignora per auras
Umbra repentinam traxit de nube figuram?
Lulminibus summis sedet: an penetralia seruat?
Instituit mores: et iura forensia condit?
An castrorum etiam infossis interuenit: acres
Logit ad arma viros, lituis ciet, viget in hostem?
Quae quis non videat sapientum digna cachinno?
Fingamus tamen esse aliquam: quae talia curet:
Umbrae siue animam: per quam res publica fatum
Hauerit: et calidis animetur tota medullis:
Cur non haec eadem de religione colenda

Liber secundus.

Consultat: cur non prospectat libera coelum?
Cur tibi praescriptum non commutabile fatum
Ut captiua putat genesis: cur vincula fingit?
Cur iam nolle licet: quod tunc voluisse licebat:
Erroresq; abolere suos: ac flectere sensus?
Sic septingentis errauit circiter annis
Lubricaq; et semper dubitans: quae forma placeret
Imperij: et quae regnandi foret aequa potestas.
Regius extortam iam tunc habuit status urbem.
Non sine grandaeuis curarum in parte locatis.
Ahor proceres de stirpe senum tractasse videmus
Clauum consilij. plebeias inde cateruas
Collatas patribus mistum ditionibus aequis
Imperitasse diu: belloq; et pace regendis.
Consule nobilitas viguit. plebs fisa tribuno est.
Displicet hic subito status: et bisquina creantur
Summorum procerum fastigia: quos duodeni
Circumstant faces simul: et sua quemq; securis.
Rursus se geminis reddit ductoribus omnis
Publica res: et consulibus dat condere fastos.
Ultima sanguineus turbauit saecula triumuir.
Fluctibus his olim fatum. Geniuseve. animusve
Publicus errauit. tandem deprendere rectum
Doctus iter caput Augustum diademate cinxit
Appellans patrem patriae populi atq; Senatus
Rectorem. qui militiae sit ductor. et idem
Dictator. censorq; bonus. morumq; magister.
Tutor opum. vindex scelerum. largitor honorum.
Quod si tot rerum gradibus toties variatis
Consilij: aegre tandem peruenit ad illud
Quod probet: ac sancto reuerentia publica seruet
Foedere: quid dubitat diuina agnoscere iura
Ignorata prius sibimet. tandemq; relecta?
Gratetur. iam non dubitat. nam subdita christo

Contra Symmachum.

Seruit Roma deo cultus exosa priores.
Romam dico viros: quos mentem credimus urbis
Non Genium: cuius frustra simulatur imago.
Quamq; cur Genium Romae mihi fugitis unum:
Cum portis. domibus. thermis. stabulis soleatis
Adsignare suos genios: perq; omnia membra
Urbis perq; locos geniorum millia multa
Fingere: ne propria vacet angulus vllus ab umbra.
Restat ut et fatum similis clementia cunctis
Aedibus imponat: paries ut quisq; sub astro
Fundatus structusq; suo qua sorte maneret:
Quando autem rueret primis acceperit horis.
Adscribunt saris lachesis male fortia fila.
Rectorumq; trabes fuis pendere rotatis
Credunt. atq; ipsis tribuunt decreta tigillis.
Leu distet: cuius stelle sit fraxinus ortu
Eruta: quae summum conscenderet ardua culmen.
Deniq; nulla hominum res est: nulla actio mundi:
Lui non fatalem memorent incumbere sortem.
Quae quia constituunt: dicant cur condita sit lex
Bis sex in tabulis: aut cur rubrica minetur:
Quae prohibet peccare reos: quos ferrea fata
Logunt ad facinus. et in ineuitabile mergunt:
Quin et velle adigunt prauum insinuantia votu:
Ne liceat miseris vetitum committere nolle.
Cedite si pudor est: gladiumq; retundite vestru.
Aspera nil meritos poenis plectencia iura:
Antrum carcereum disoluite: corpora sub quo
Agnimis innocui fato peccante tenetis.
Nemo nocens: si fata regunt: quod viuatur. ac fit.
Immo nocens: quicumq; volens quod non licet: audet.
Alterutrum quia velle suum est. nec fata reatum
Imponunt homini. sed fit reus ipse suapte
Arbitrio: placitumq; nefas. et facta rependit

Liber secundus.

Impia supplicijs et merito non sorte peremptus.
Quis putat esse fato locum. sciat omnipotentem
Posse deum nulli vetitum fatalibus astris.
Nec præscripto aliquo pellit pia vota mathesis.
Spirat enim maiora animus: seque altius effert
Sydenbus: transit que vias et nubila fati:
Et momenta premit pedibus: quæcunque putantur
Figere propositam natali tempore sortem.
Huc ades omne hominû genus. huc concurrite et vrbes.
Lux immensa vocat. factorum noscite vestrum.
Liberata secta paret. nil sunt fatalia. vel si
Sunt aliqua: opposito vanescunt irrita Christo.

Symmachus.

Cedit utilitas: quæ maxime homini deos adserit.
Nam cum ratio omnis in operto sit: vnde rectius
quam memoria atque documentis rerum secunda-
rum cognitio venit numinum?

Prudentius.

Sed multa duxere dei per prospera Romam:
Quos coluit ob meritum magis donata triumphis.
Ergo age bellatrix quæ vis subiecerit ede
Europam Lybiamque tibi. dic nomina diuum.
Iuppiter vt Crethæ domineris. Pallas vt Argis.
Cynthius vt Delphis: tribuerunt omine dextro
Istis Nilicolas. Rhodios Venus alma reliquit.
Clenatrix Ephesum virgo. Mars deditit Hebrum.
Destituit Thebas Bromius. concessit et ipsa
In uno suos phrygijs seruire nepotibus Aphros:
Et quam subiectis dominam dea gentibus esse:
Si qua fata sinant: iam tum tenditque fouetque:
Iussit Romuleis addictam viuere frenis.
Per fidia ne deum indigenum cecidere tot vrbes:
Destruatque iacent ipsis prodeutibus aræ:
Opietas, o sancta fides. traduxit alumnos

Contra Symmachum

Maestas infida locos: et creditur istis
Numinibus: quæ transfugio meruere sacra?
An voluit seruare suos: luctataque multum
Religio in foestas tentauit pellere turmas
Romanis obnisa globis: sed fortior illam
Virtus luctifico camporum in puluere fregit.
Immo ita est: armis et viribus indiga veri
Victa superstitio est: et inanem gloria fugit.
Sed nec difficilis fuit: aut satis ardua genti
Fata ad procinctus victoria frangere inertes:
Molliaque omni genum colla inclinare deorum.
Tunc cum dictæis bellum Cozybantibus asper
Samnitis: Marsusque leui sudore gerebant
Lum mastigophoris: oleoque et gymnadis arte
Vinctis pugilibus miles pugnabat Etruscus.
Nec petaso insignis poterat lacedæmone capta
Mercurius seruare suas de clade palæstras.
Appenninicolam peditem Lybeleus hostis
Congressu excipiens Asiam: defendere et Idam
Qui potuit cogente acies in prælia gallo?
Idalias nisi forte rosas: laurum cytharoedi
Catis: siluicolæ calamos arcumque puellæ
Dedere seruitio: calcataque sacra domare
Difficilis operis fuit: immensisque laboris.
Fluctibus actiacis signum symphonia belli
Ægypto dederat. clangebat buccina contra.
Institerant tenues cymbæ fragileque faseli.
Inter turratas menphitica rostra liburnas
Nil potuit Scrapis deus et latrator Anubis.
Stirpis iuleæ ductore exercitus ardens
Præualuit: gelidoque miserat Ilcidus axe.
Non armata Venus. non tunc clypeata minerva
Venere auxilio. non diuum degener ordo
Et patria extorris Romanis adfuit armis



Libri secundus.

Victus et ipse prius, inimica nec agmina iuuit,
Si tamen antiquum noxat retinere dolorem,
Sed dicis legisse deos: vbi sanctior usus
Temporum cultu celebri sine fine maneret;
Æneadumq; vltro victicia signa viroꝝ
Regis amore Numæ nullo cogente secutos.
Num Diomedis item tentoria et acris Uliri
Castra volens Pallas cæsis custodibus arcis
Legit: vbi bumentis sudaret moesta sigillo;
Aut quoties doctor macedum fortissimus altos
Temporum cineres victis cumulauit Æmyctis:
Optarunt prædis domini se numina capta
Adsceri: assyriaq; vehi Babylonis ad arcem;
Non fero Romanum nomen sudataq; bella.
Et titulos tanto quasitos sanguine carpi:
Detrahit inuictis legionibus et sua Romæ
Præmia diminuit: qui quicquid fortiter actum est
Adscribit Veneri palmam: victoribus aufert.
Frustra igitur currus summo miramur in arcu
Quadrijugos: stantesq; duces in curribus altis
Fabricios, Lurios, hinc Drusos, inde Camillos,
Sub pedibusq; ducum captiuos poplite flexo
Ad iuga depressos: manibusq; in terga retortis:
Et suspensa graui telorum fragmina trunco:
Si Brénū, Antiochū, Persen, Pyrrhū, Aditridatē
Flora, Adatuta, Ceres, et Laurentina subegit,
His tamen auspiciis successus dextra dederunt,
Omina lætificos: et foelix adfuit ales.
Quid sibi vult virtus: quid gloria: si coruinum
Coruus Apollineus penna vel gutture iuuit?
Sed tamen hic coruus cur defuit exitiali
Forte die: in faustas tegerent cum funera canas?
Oppeteretq; super congesta cadauera consul?
Cur Cremeræ in campis coruice vel oscine parra,

Contra Symmachum.

Memo deum monuit perituros Adarte sinistro
Tercentum Fabios viri stirpe superstite in vno:
Nulla ne tristificis tritonia noctua Carris
Aduolitans præsto esse deam prænuncia Crasso
Prodidit: aut Paphiam miuere vexere columba:
Cuius inauratum tremere gens Persica lembum.
Sed video quæ te moueant exempla vetustæ
Virtutis, dicis domitum terraq; mariq;
Orbem, res lætas et prospera queq; reteris,
Ab ille triumphorum memoras ex ordine pompas,
Ductaq; per mediam spoliolorum fercula Romam,
His dicam quæ causa tuos Romane labores
In tantum extulerit: quis gloria fortibus aucta
Sic cluat: impositis vt mundum frenet habentis:
Discordes linguis populos et dissona cultu
Regna volens sociare deus subiungier vni
Imperio quicquid tractabile moribus esset:
Concordiaq; iugo retinacula mollia ferre
Constituit: quo corda hominum coniuncta teneret
Religionis amor, nec enim fit copula Christo
Digna: nisi implicitas societ mens vnica gentes,
Sola deum nouit concordia, sola benignum
Rite colit tranquilla patrem, placidissimus illum
Foederis humani consensus prosperat orbi,
Seditione fugat, sæuis exasperat armis,
Adunere pacis alit, retinet pietate quieta
Omnibus in terris: quas continet occidua lis
Oceanus, roseoq; auro inluminat ortu,
Adiscebat Bellona furens mortalia cuncta,
Armabatq; feras in vulnera mutua dextras,
Hanc frenaturus rabiem deus vndiq; gentes
Inclinare caput docuit sub legibus hisdem:
Romanosq; omnes fieri quos Rhenus, et Æster,
Quos Tagus aurifluus, quos magnus inundat Iberus.

Liber secundus.

Comiger Hesperidu in quos interlabitur: et quos
Sanges alit. tepidique lauant septem ostia Nilii.
Ius fecit commune pares: et nomine eodem
Meruit: et domitos fraterna in vincla rededit.
Viuatur omnigenis in partibus haud secus: ac si
Lues congenitos concludat moenibus vnis
Urbs patria: atque omnes lare conciliemur auito.
Distantes regione plagae diuisaque ponto
Littora conueniunt nunc per vadimonia ad vnum
Et commune forum. nunc per commercia et artes
Ad coetum celebrem: nunc per genialia fulcra
Externi ad ius connubij. nam sanguine misto
Teritur alternis ex gentibus vna propago.
Hoc actum est tantis successibus atque triumphis
Romani imperij. Christo iam tunc venienti
Crede parata via est. quam dudum publica nostrae
Pacis amicitia struxit moderamine roma.
Nam locus esse deo quis posset in orbe feroci
Rectoribusque hominum discordibus: et sua iura
Dissimili ratione tuentibus: vt fuit olim?
Sic in compositos humano in pectore sensus
Disiunctasque animi turbato foedere partes
Nec liquida inuisit sapientia nec deus intrat.
At si mentis aper regnandi iure potitus
Pugnacis stomachi pulsus fibras que rebelles
Frenet: et omne iecur ratione coerceat vna:
Fit stabilis vitae status: et sententia certa
Haurit corde deum: domino et subiungitur vni.
Vna ades omnipotens concordibus influxu terris.
Iam mundus te Christo capit. quem congrege nexu
Pax et Roma tenent. capita haec et culmina rerum
Esse iubet. nec Roma tibi sine pace probatur.
Et pax vt placeat: facit excellentia Romae:
Quae motus varios simul et ditione coercent:

Contra Symmachum.

Et terrore premit. nec enim spoliata prioris
Robore virtutis senuit: nec secula sensit:
Nec tremulis cum bella vocant: capit arma lacertis.
Nec tam degeneri venerandis supplicat ore
Principibus: quam vult praenobilis ille senator:
Grandi arte potens: et callida fingere doctus:
Adentitumque grauis personae inducere pondus:
Ut tragicus cantor: ligno tegit ora cauato:
Grande aliquod cuius per hiatus crimen anbelet.

Symmachus.

Romam nunc putemus adistere: atque his vobiscum age-
re sermonibus. Optimi principes patres patriae Reuere-
mini annos meos: in quos me pius ritus adduxit. Utar
coerimonijis auitis. neque enim poenitet. vitam more meo: quia li-
bera sum. Hic cultus in leges meas orbe rededit. Haec sacra Sa-
minbalem a moenibus: a capitolio Senonas repulerunt.

Prudentius.

Si vocem simulare licet: nempe aptior ista
Gloria Romae est: quam nunc eius sub nomine promam:
Quae quia turpe putat templorum flere repulsam:
Aegidaque in dubijs pro se pugnasse periculis
Dicere: seque grauem senio inclinante fateri:
Ductores complexa suos sic laeta profatur.
O clari saluete duces. generosa propago
Principis inuicti: sub quo senium omne renascens
Deposui: vidi que meam flauescere rursus
Canitiam. nam cum mortalia cuncta vetustas
Imminuat: mihi longa dies aliud parit aeuum:
Quae viuendo diu didici contemnere finem.
Hunc nunc iusta meis reuerentia competit annis.
Hunc merito dico: venerabilis: et caput orbis:
Cum galeam sub fronde oleae cristasque rubentes
Concutio viridi velans fera cingula sero

Liber secundus. *Primo.*

Atq; armata deum sine crimine cædis adoro.
 Crimen enim piget heu crimen persuaserat atrox
 Iuppiter: vt sacro iustorum sanguine tincta
 Assuetum belli scelerarem in funere ferrum.
 Illius instinctu primus Hæro matre perempta
 Sanguinem apostolicum bibit: ac me strage piorum
 Polluit: et proprium facinus mihi leuius inussit.
 Post hunc et Decius iugulis bacchatus apertis
 Insanam paunt rabiem. mox hæc sitis arsit
 Adulorum similis per vulnera tristitia flagrans
 Extrahere insignes animas: ac ludere poenis:
 Tandantelq; meum in gremium diffundere mortes.
 Et sub iure fori non noxia colla secare.
 Hæc me labe ream modo tempora vestra piarunt.
 Tui pie vobis auctoribus. impia pridem
 Arte iouis fateor: quid enim non ille cruentum
 Tradidit: aut quid mite sibi placidumue poposcit?
 Qui dum præmetuit cultus inolescere Christi:
 Sexiit: ac miserum foedauit sanguine seclum.
 Et sunt qui vobis bella exprobare sinistra
 Non dubitent: postquam templorū spreuimus aras:
 Affirmenq; libyn collinæ a cardine portæ
 Hannibalem iouis imperio Martisq; repulsum?
 Victores Senonas Capitoli ex arce fugatos
 Cum super excelso pugnarent numina saxo?
 Qui mihi præteritam cladem veteresq; dolores
 Inculcant. iterum videant me tempore vestro
 Jam nil tale pati. nullus mea barbarus hostis
 Cuspide claustra quatit. non armis. veste. comisq;
 Ignotus capta passim vagus errat in vrbe
 Transalpina meam rapiens in vincula pubem.
 Tentauit Heticus nuper delere tyrannus
 Italiam patrio veniens iuratus ab istro
 Hæc arces æquare solo. tecta aurea flammis

Contra Symmachum.

Soluere. mastrucis proceres vestire togatos.
 Jamq; ruens Venetos turmis protriuerat agros:
 Et Ligurum vastarat opes et amoena profundi
 Rura padis: thuscuinq; solum victo amne premebar.
 Depulit hos equitum nimbus. non peruigil anser
 Proditor: oculi tenebrosa nocte pericli:
 Sed vis cruda virum. perfractaq; congregientum
 Pectora: nec trepidans animus succumbere leto.
 Pro patria: et pulchram per vulnera quærere laudē.
 Nunquid et ille dies Ioue contulit auspice tantum
 Virtutis precium? duragminis imperisq;
 Christipotens nobis inuenis fuit et comes eius:
 Atq; parens Stilico. deus vnus Christus vtriq;
 Huius adoratis altaribus et cruci fronti
 Inscripta cecinere tube. prima hasta dracones
 Præcurrit. quæ Christi apicem sublimior effert.
 Illic terdemis gens exitiabilis annis
 Hannoniæ poenas tandem deleta pependit.
 Corpora famosis olim ditata rapinis
 In cumulos congesta iacent. mirabere seris
 Posteritas seclis inhumata cadauera late:
 Quæ pollentinos texerunt ossibus agros.
 Si potui manibus gallozum excisa leuare
 De cinerum squallore caput: et redeunte Camillo
 Signa renitendi fumans si fronte recepi:
 Si potui miseris fertis redimire ruinas:
 Et male pendentes lauro præcingere turre.
 Quo te suscipiam gremio fortissime princeps?
 Quos spargam flores: quibus insertabo coronis
 Atria: quæ festis suspendam pallia portis?
 Immunis tanti belli ac te stante sub armis
 Libera: et auretenus geticos experta tumultus.
 Scande tritumphalem curram: spoliisq; receptis
 Huc Christo comitante veni. dat vincula demam



Liber secundus.

Captiuis gregibus, manicas deponite longo
Litas seruitio matrum iuuenumq; cateruæ.
Dediscat seruire senex Iarvis exul auiti.
Discat et ad patrium limen genitrice reuersa
Ingenuum se nosse puer, timor omnis abesto.
Tucimus, exultare libet, quid tale repulso
Poenorum quondam duce contingit: ille petita
Postq; pertulerat tremefacta repagula portæ,
Baianis resolutus aquis: durissima luxu
Robora destituit: ferrumq; libidine fregit.
At noster Stilico congressum comminus ipsa
Ex acie ferrata virum dare terga coegit.
Ihic Christus nobis deus adfuit: z mera virtus.
Illic lasciuum Campania fertilis hostem
Delicia; vicere tuæ, non Iuppiter acrem
Proterit Fabium: sed vicit amoena Tarentus:
Quæ dedit illecebris domitum calcare tyrannum.
His ego pro meritis quæ præmia digna rependam
Non habeo, membra statuis effingere vile est:
Virtutem nil vile decet, nam vile quod ætas
Eripit, æra cadunt, aut fuluum defluit aurum,
Aut candor perit argenti: si defuit vsus,
Et fuscata situ corrumpit vena colorem.
Viuu tibi princeps debetur gloria, viuum
Virtutis precium decus immortale secuto.
Regnator mundi Christo sociabere in æuum:
Quo ductore meum trahis ad coelestia regnum,
Nil te permoueat magni vox rhetoris oro:
Qui sub legati specie sacra mortua plorans
Ingenuj telis et fandi viribus audet
Heu nostram tentare fidem, nec te videt: ac me
Deuotos Auguste deo: cui sordida templa
Clauisimus: z madidas sanie detecimus aras.
Unus nostra regat: seruetq; palatia Christus:

Contra symmachum.

Ne quis Romuleas dæmon iam nouerit arces:
Sed soli pacis domino mea seruiat aula.
Sic affata pios Roma exorauit alumnos
Spernere legatum non admittenda petentem:
Legatum Iouis ex adytis ab aruspice missum,
Et non a patria patriæ, nam gloria Christus,
Persistit tamen affirmans iter esse viandi
Multifidum variumq;: deus cum quaeritur vnus:
Hinc alios, ast inde alios properare seorsum
Quemq; per anfractus proprios: sed competa codes
Sine coarctari: simul et concurrere in vnum.
Quinetiam coelum, atq; soluz, ventos, mare, nubes
Omnibus in commune dari: vel qui colimus te
Christe: vel exta litant sculptis qui tabida saris.

Symmachus.

AEquum est: quicquid omnes colunt vnū puta
Ari. Eadem spectamus astra, cōmune coeluz est,
idē nos mundus inuoluit. Quid interest qua quisq;
prudentia veruz requirat: vno itinere non potest per
ueniri ad tam grande secretum.

Prudentius.

Non nego commune cunctis viuentibus ipsum
Aeris, astrorum, pelagi, telluris, et imbris,
Immo etiam iniustus pariter iustusq; sub vno
Arehabitant, vnas capit impius: et pius auras:
Castus, et incoestus, meretrix et nupta, nec alter
Ore sacerdotis: quem Adirmillonis anhelat
Spiritus: ario vitam qui temperat haustu,
Nubes verna pluit zephyro impellente sed æque
Furis et innocui foecundat rura coloni.
Surgitis æstiu sic pura fluenta viator
Ut latro fessus adit, sic piratis mare seruit
Ut mercatori, nec fluctus fecius hosti
Obsequitur: quaz cum domina fert transtra carinæ.



Liber secundus.

Ergo capax vtriusque rei natura creandis
 Se præbet populis. nec habet discernere dispar
 Cuius meritum. quos tantum pascere iussa est.
 Seruit enim mundus: non iudicat. hoc sibi summus
 Naturæ dominus præscripta in tempora seruat.
 Nunc ad sunt homini data munera legibus hisdem
 Quis concessa semel. fons liquitur. annis inundat:
 Celiuolum ratibus mare finditur. influit imber.
 Aura volat tenuis. vegetatur mobilis aer.
 Et res naturæ sit publica promptaq; cunctis:
 Dum seruant elementa suum famulantia cursum.
 Sic probus atque reus capitalis criminis hisdem
 Sideribus facilisque poli bonitate fruuntur.
 Cuiere commune est: sed non commune mereri.
 ¶ Denique romanus. dacia. Sarmata. Cladulus. Hunn?
 Getulus. garanius. Allemannus. Saxo. Galaulas
 Una omnes gradiuntur humo. coelū omnibus vnū est.
 Cuius et oceanus. nostrum qui continet orbem.
 Adde aliud. nostros potant animalia fontes.
 Ipso rore mihi seges est: quo gramen onagris.
 Sordida sus nostro amne natat. nostra intrat et ipsos
 Aura canes: animatq; leui fera corpora flatu.
 Sed tantum distat romana et barbara: quantum
 Quadrupes bipedi abiunctæ: mutæve loquenti.
 Quantum etiam qui rite dei præcepta sequuntur
 Cultibus a stolidis: et eorum erroribus absunt.
 Non facit ergo pares in religione tenenda
 Aeris et coeli communio. corpora tantum
 Signit. alit. reparat. recidiuaq; semina seruat.
 Nec refert cuius generis: cuiusve figuræ:
 Aut cuius meriti: modo sint vt corpora terra
 Aedita terrenis quibus est vigor ex elementis:
 Artificis quia patris opus discrimine nullo
 Influit in medium: nec auaro munere currit

Contra Symmachum

Ante datum: quaz primus homo sordesceret Adam.
 Nec vitio vtentum restrictum deficit. aut se
 Subtrahit indignis: nec foeda et turpia vitat.
 Haud aliter solis radius cum lumninat omnes
 Diffuso splendore locos: ferit aurea tecta:
 Sed ferit et nigro sordentia culmina fumo.
 Intrat marmoribus capitolia clara: sed intrat
 Carceris et rimas: et tetra foramina clausi
 Stercoris: et spurcam redolent in fornice cellam.
 Sed non illud erunt obscura ergastula: quod sunt
 Regia gemmato laquearia fulua metallo.
 Nempe magis non illud erunt: qui numen in vniis
 Querunt ac tumulis: et laruas sanguine placant.
 Quod sunt qui summum coeli dominū venerantur:
 Iustitiamq; litant. et templum pectoris ornant.
 Secretum sed grande nequit rationis opertæ
 Quæri aliter. quam si sparsis via multiplicetur
 Tramitibus: et centenos terat orbita calles
 Quæsitura deum variata indage latentem.
 Longe aliud verum est. nam multa ambago viarum
 Anfractus dubios habet: et perplexius errat.
 Sola errare caret simplex via nescia flecti
 In diuerticulum: biuis nec pluribus anceps.
 Non tamen inficior duplex occurrere nobis
 Semper iter geminis mortalia partibus ire:
 Cum dubitant: quo nam ferat ignorantia gressum.
 Altera multifida est: at simplex altera et vna.
 Vna deum sequitur: diuos colit altera plures.
 Et tot sunt eius diuortia: quot templorum
 Signa: quot aeris volitant phantasinata monstris.
 Aut hos thyrigeri rapit ad dyonyfia Bacchi
 Illicit aut alios ad saturnalia festa.
 Aut docet occultus quæ sacra dies piter infans
 Inter tinnitus so'ni sibi poscat abenos.
 Jamq; lupercales ferule. nudiq; petuntur



Liber secundus.

Discursus iuuenum: megalæsus hinc spado diris
Incensus furis cæca ad responsa vocatur.
Sunt qui quadriuis breuioribus ire parati
Uilia miliacis venerantur holuscula in hortis:
Porrum et sepe deos imponere nubibus ausit:
Alliaq; et Serapin coeli super astra locare.
Isis enim, et Serapis, et grandi simia cauda,
Et crocodilus: ides quod Iuno, Lauena, Priapus.
Hos tu nide deos colis: et tu tybris adoras.
Una superstitio est: quamuis non concolor error.
Hinc alia exoritur tenebrosis tecta fruteris
Semita: quam pecudes et muta animalia carpunt.
Quæq; latent siluis: operitur nescia coeli
Abens hominum sæuo uiuens captiua tyranno.
Hæc putat esse deum nullum, namq; omnia verti
Casibus: et nullo sub præside secla rotari.
Hoc iter haud quaquam magno discrimine distat
Hicce uis: quas vos teritis: qui numina multa
Et portenta deum summum numerosa putatis.
Simplicis ergo viæ dux est deus, ille per vnam
Ire iubet mortale genus: quam dirigit ipse
Sublimem dextro celsa ad fastigia cliuo.
Prima viæ facies inculta, subhorrida, tristis,
Difficilis, sed sine sui pulcherrima et amplis
Prædita diuitijs et abundans luce perenni:
Et quæ præteritos possit pensare labores.
Abmultiplici dæmon sed adest qui morte sinister
Lentifidum confundit iter, trahit inde sophistas
Barbatos, trahit hinc opibus vel honore parentes,
Illicit et volucrum linguis: et aruspice fallit.
Instigat bacchantis anus ambage Sibyllæ,
In magicas artes trahit, inuoluitq; mathesin,
Omne sollicitat, capit augure, territat extis,
Lernis ut vna via est multis anfractibus errans

Contra Symmachum.

Talem passa ducem: qui non sinat ire salutis
Ad dominum: sed mortis iter per deuia monstrat?
Deuia picta bonis breuius: sed sine sub ipso
Tristia: et in subitam præceps immerla charybdin,
Ite procul gentes, consortia nulla viarum
Sunt vobis cum plebe dei, discedite longe:
Et vestrum penetrare chaos: quo vos vocat ille
Præuius infernæ perplera per auia noctis.
At nobis vitæ dominum quærentibus vnum
Lux iter est, et clara dies, et gratia simplex.
Spè sequimur, gradimurq; fide, fruimurq; futuris:
Ad quæ non veniunt præsentis gaudia vitæ,
Nec currunt pariter capta et capienda voluptas.

Symmachus.

N tanto commodo ærarij vestri vestaliû vir-
ginû prærogatiua detracta est, sub largissimis
Imperatorib; denegat: quod parcissimi præ-
stiterunt, honor solus est in illo velut stipendio castita-
tis: ut vitæ earum capiti decus faciunt, ita insigne du-
citur sacerdotij vacare muneribus, Nemo me putet
tueri solam causam religionum, Ex eiusmodi facino-
ribus orta sunt cuncta humani generis incommoda,
honorauerat lex parætum vestales virgines: ac mini-
stros deorû victu modico, iustisq; præuilegijs stetit mu-
neris huius integritas vsq; ad degeneres trapezetas,
qui ad mercedem vilium baiulorum sacræ castitatis
salimenta verterunt, Secuta est hoc fames publica: et
spem prouinciarum omnium mellis ægra decepit, nõ
sunt hæc vitia terrarû, nihil imputemus austris, nec
rubigo segetibus obfuit, nec auena fruges necauit, sa-
cilegio annus exaruit, necesse enim fuit perire omni-
bus: quod religionibus negabatur, Quid tale proau-
pertulerunt: cum religionum ministros honor publi-
cus pasceret?



Liber secundus
Prudentius.

Ultima legati defleta dolore querela est:
Palladijs quod farra focis: vel quod stipis ipsis
Virginibus castisque toris alimenta negentur.
Vestales solitis fraudentur sumptibus ignes.
Hinc ait et steriles frugescere rarius agros:
Et tristem scuire famem: totumque per orbem
Adortales pallere inopes ac panis egenos.
Quæ tanta extiterit presenti tempore tamque
Adouerit ira penu pro virginis vlciscendo.
Non memini. nec tale aliquid vel fama susurrat.
Studio per pharios Nilum discurrere campos
Adore suo: viridisque fata stagnare Lanopi.
Aut veniat sicco qui flumine nuntius affert
Ieiunam squallere siti sub puluere Ademphim:
Nec Delusiaceæ linum sudare paludis.
Num fons arcano naturæ tectus operto
Struit: et tenuem vix stillat vena liquorem:
Num refugus nostras odit perstringere ripas
Zinnis: et exustos cursum deflectit ad indos:
Num tractu in medio bibulus vorat alueus vndam
Fluminis: et subito stagna absorbentur hiatu:
Ne sulcos operire vadis. ne ve arida possint
Ægypti per plana trahi: glebasque rigentes
Infusis ad pingue lutum mollire fluentis:
Unde seges late crinitis fluctuet agris:
Densius et grauidis se vestiat æquor aristis:
Respice num Libyci desistat ruris arator
Frumentis onerare rates: et ad hostia tybris
Adittere triticeos in pastum plebis aceruos.
Numne leontini sulcator soluere campi
Lisset frugiferas Libixæ ex littore cymbas:
Nec det vela fretis: Romana nec horrea rumpat
Sardorum congesta vebens granaria classis.

Contra Symmachum.

Ergo pyris mensas siluestribus implet arator
Poenus: et auulsas ficulus depascitur herbas.
Iamque Remi populo quernas Sardinia glandes
Subpeditat. iam corna cibus lapidosa quiritem.
Quis venit esuriens magni ad spectacula circi?
Quæ regio gradibus vacuis ieiunia dira
Sustinet: aut quæ ianiculi mola mota quiescit?
Quantos quæque ferat fructus prouincia. quamque
Ubere foecundo large fluat orbis opimus
Indicio est annona: tux quæ publica plebi
Roma datur: tantæque manus longa otia pascit.
Sic fortasse aliquis Paulo infocundior annus.
Nil mirum. nec in orbe nouo didicere priores.
Perpessi plerunque famem: si tabidus aer
Siccavit tenues ardenti sydere nubes.
Nec vernas infudit aquas creberrimus imber
Fruge noua: et viridis si messis adulta priusquã
Conceptas tenero solidaret lacte medullas:
Alflatum calido succum contraxit ab euro:
Ieiunosque tulit calamos: atque irrita vota
Ægricolæ sterilis stipularum silua sefellit.
His (ni fallor) ager vicij corruptas et ante
Subiacuit: quam Palladii. quam Vestæ. penates
Sublare pergameo seruarent igne reposto.
Quam priami genitor conductis moenia fabris
Extrueret. quam virgo suas fundaret Athenas
Pallas. in his quo nam vestalis origo fauillæ
Urbibus ut memorant primo de fomite supra est:
Sacraruntque focos. aut Phryx. aut Graius alumnos.
Antiquis elementa labant erroribus: ac de
Legitimo discussa modo plerunque feruntur
In casus alios: quam lex habet: aut iter anni.
Nunc consumit edax segetem rubigo maligni
Aeris ex vitio. nunc culpam vere tepenti

Liber secundus

Post zephyros gelidi glacies aquilonis inurit.
Ambustumq; caput culmi fuligine tinguit.
Seminis aut teneri turgens dum germinat herba.
Continuis nimisq; parit constricta pruinis:
Nec potis est tenuem telluri adfligere fibram.
Aer eiecta solo glacie sidente superfit:
Rudaq; subducto radix auellitur aruo.
Ancipites tribuli subeunt: et carduus horrens.
Hos fert sicca fitis. hunc ebruius educat humor.
Temperies effusa minus vel plus agit istos
Terrarum morbos: et mundum vulnerat agrum.
Non aliter nostri corruptus corporis usus
In vitium plerunque cadit: nec in ordine recto
Perstat: et excessu moderaminis adficit artus.
Unus enim status est mundi: et corporis huius:
Quod gerimus. natura eadem sustentat utrunq;
Edita de nihilo crescunt: nihilumq; futura.
Aut titubant morbis. aut tempore victa fenescunt.
Nec natura caret vitio: cui terminus instat.
Semper crede polus varijs prouentibus annos
Texuit. hos multa ditauit fruge fluentes.
Quosdam infelices astris damnauit iniquis
Spe cassa et sterili curam frustratus agrestem.
Sed si vestalis viciscitur ista puellas
Pestis: ab infido quæ gignitur improba mundo:
Cur non christicolum tantum populatur agellos:
Per quos virginibus vestris stata dona negantur?
Ultimur et ruris reditu et ratione colendi.
Exercere manum non poenitet. et lapis illic
Si stetit antiquus. quem cingere sueuerat error:
Fasceolis: vel gallinæ pulmone rogare
Frangitur. et nullis violatur terminus ertis.
Et quæ fumificas arbor vittata lucernas
Seruabat: cadit vlticæ succisa bipenni.

Contra Symmachum.

Nec tamen idcirco minor est aut fructus agelli.
Aut tempestatis clementia læta serena
Temperat aut pluuius qui culta noualia ventus.
Sed nec magno opus est frugi uiuentibus. et cum
Maxima proueniunt. non amplo in gaudia sensu
Solui mur: inq; luctum studio exultamus auro.
Nam quibus æternum spes informatur in æuum:
Omne bonum tenue est: quod præsens ingerit ætas.
O felix nimium sapiens et rusticus idem:
Qui terras animumq; colens impendit vtrisque
Curam peruigilem. quales quos imbuunt auctor
Christus: et adsumptis dedit hæc præcepta colonis.
Semina cum sulcis committitis: arua caute
Dura lapillozum aciem: ne decidat illic.
Quod seritur: primo quoniam præfertile germen
Luxuriat: succo moro deficiente sub æstu
Syderis igniferi sitiens torretur: et aret.
Ne ve in spinosos incurrant semina vepres:
Altera nam segetem surgentem vincula texunt:
At fragiles calamos nodis rubus arctat acutis.
Et ne iacta viæ spargantur in aggere grana:
Hæc auib; quia nuda patent: passimq; vorantur.
Immundisq; iacent foeda ad ludibria coruis.
His deus agricolam confirmat legibus. ille
Ius coeleste patris non summa intelligit aure:
Sed simul et cordis segetem disponit et agri:
Ne minus interno niteant præcordia cultu:
Quam cum læta suas ostentant iugera messes.
Extirpamus enim sentos de pectore vepres:
Ne vitiosa necent germen vitale flagella.
Ne frugem segetemq; animæ spinosa malorum
Impediat sentis scelerum peccamine crebro.
Blarea ne tenuis ieiunio siccat harenis
Ad arcentem sub corde fidem. ne pectoris æstus



Liber secundus.

Flagret. et affectis vrat carismata venis.
Denique ne tecoris detrita in parte relinquat
Uilis cura deum. ne spem qua vescimus intus
Deserat: obscoenisq; auibus permittat edendum:
Et proiecta fides hosti sit præda volucris.
Talis nostrorum solertia centuplicatos
Agrozum rediget fructus: quibus acrius instat.
Nec metuit: ne congestum populetur aceruum
Surgulior: vel nigra canis formica recondat.
Sunt et virginibus pulcherrima præmia nostris.
Et pudor. et sancto tectus velamine vultus.
Et priuatus honos. nec nota et publica forma.
Et raræ tenuesq; epulæ. et mens sobria semper.
Lexq; pudicitix cum fine peracta.
Hinc decies semi rediguntur in horrea fructus.
Horrea nocturno nunquam obnoxia furi.
Nam coelum fur nullus adit. coelestia nunquam
Fraude resignantur. fraus terris voluitur imis.
Quæ nunc vestalis sit virginitalis honestas:
Discutiam. qua lege regat decus omne pudoris.
Ac primum parvæ teneris capiuntur in annis
Ante voluntatis propriæ: quam libera secta
Laude pudicitix feruens et amore deorum
Iusta maritandi condemnat vincula sexus.
Captiuus pudor ingratis addicitur aris.
Nec contèpta perit miseris: sed adempta voluptas.
Corporis intacti mens non intacta tenetur.
Nec requies datur vlla toris: quibus innuba cæcum
Uulnus. et amissas suspirat foemina tedas.
Tum quia non totum spes salua interficit ignem.
Nam resides quandoq; faces adolere licebit.
Festaq; decrepitis obtendere flammea canis
Tempore prescripto membra intemerata requirens.
Tandem virgineam fastidit Uesta senectam.

Contra Symmachum

Dum thalamis habilis timuit vigor. inrita nullus
Foecundauit amor: materno viscera partu.
Mubuit anus veterana sacro perfuncta labore:
Desertisq; focis: quibus est famulata iuuentas.
Tranfert emeritas ad fulera iugalia rugas:
Discit et in gelido noua nupta tepescere lecto.
Interea dum torta vagos ligat infula crines:
Fatalesq; adolet prunas innupta sacerdos:
Fertur per medias vt publica pompa plateas
Pulento residens molli: seq; ore relecto
Imputat attonitæ virgo spectabilis vrbis.
Inde ad concessum caueæ pudor almus et expers
Sanguinis it pietas hominum visura cruentos
Spectatura sacris oculis. sed et illa verendis
Uittarum insignis phaleris: fruiturq; lanistis
O tenerum mitemq; animum. consurgit ad ictus.
Et quoties victor ferrum iugulo inserit: illa
Delicias ait esse suas: pectusq; iacentis
Virgo molesta iubet conuersa pollice rumpi:
Ne lateat pars vlla animæ vitalibus imis
Altius impressa: dum palpitat ense secutor
Hoc illud meritum est. quod continuate feruntur
Excubias latij pro maiestate palatij:
Quod redimunt vitam populi procerumq; salutem.
Perfundit quia colla comis bene. vel bene cingunt
Tempora tæniolis. et litia criminibus addunt.
Et quia subter humum luctales testibus vmbis
In flammaz iugulant pecudes: et murmura miscēt.
An quoniam podij meliore in parte sedentes
Spectant æratam faciem: quam crebra tridente
Impacto quatiant hastilia saucius et quam
Uulneribus patulis partem perfundat harenæ:
Cum fugit: et quanto vestigia sanguine signet.
Congressus mortefq;. et vulnere vendita pastu.



Prudentij

Quod genus vt sceleris iam nesciat aurea roma:
Te precor auſonij dur Augustiſſime regni.
Et tam triſte ſacrum iubeas: vt cætera tolli.
P̄ſpice, non ne vacat meriti locus iſte paterni.
Quem tibi ſupplendum deus ⁊ genitoris amica
Seruabit pietas, ſolus ne præmia tantæ
Virtutis caperet: partem tibi nate referuo.
Dixit, ⁊ integrum decus intactumq; reliquit.
Arripe dilatam tua dux in tempora famam.
Quodq; patri ſuperest: ſucceſſor laudis habeto.
Ille urbem vetuit taurozum ſanguine tinguit
Tu mortes miſerorum hominum prohibeto litari.
Nullus in vrbe cadat: cuius ſit poena voluptas.
Nec ſua virginitas oblectat cædibus hora.
Jam ſolis contenta feris infamis harena.
Nulla cruentatis homicidia ludat in armis.
Sit deuota deo, ſit tanto præcipe digna
Et virtute potens ⁊ criminis inſcia roma:
Quemq; ducem belli ſequitur: pietate ſequatur.

ſinit contra Symmachum.

Dittochaemum.

Aurelij Prudentij Clementis viri
Conſul. Dittocheum.

De Adam et Eua.



Ha columba fuit tum candida: nigra deinde
Facta per anguinū maleſuada fraude venenū.
Linxit et innocuū maculis ſordētibus Adam.
Dat nudis ficulna draco mox tegmina victor.

De Abel et Cain.

Fratrū ſacra deus nutu teſtante duorum
Aeſtimat accipiens viuaret terrena refutans:
Riſticus inuidia paſtozem ſternit, in Abel
Forma animæ exprimitur, caro noſtra in munere Cain.

De Noe ⁊ diluuiō

Nuntia diluuij iam decreſcentis ad arcam
Ore columba refert ramum viridantis oliuæ.
Locus enim ingluuie per ſoeda cadauera captus
Hæſerat, illa datæ reuehit noua gaudia pacis.

De Abraham et hoſpicio.

Hoſpitiū hoc domini eſt, ille vbi frondea mambæ.
Armentale ſenis protegit culmen, in iſta
Riſit Sarra caſa ſobolis ſibi gaudia ſera
Ferri: et decrepitiū ſic credere poſſe maritiū,
Abraham agrum emiſſe.

Abraham mercatus agrum, cui conderet oſſa
Coniugis: in terris quoniam peregrina moratur
Juſtitia atq; fides, hoc illud millibus emptum
Speleum ſanctæ requies vbi parta fauillæ eſt.
Pharao ſomnium vidiffe.

Bis ſeptem ſpica vaccæ totidem Pharaoni
Per ſomnium viſæ portendunt diſpare forma
Uberis atq; famis duo per ſeptennia tempus
Juſtare, hoc ſoluit Patriarcha interprete Chriſto.



Prudentij

Joseph a fratribus venditur.
Venditus insidijs fratrum puer. ipse vicissim
Cratera in farris sacco clam precipit abdi.
Ut que reos furti ioseph tenet: auctio fallax
Proditur agnoscunt fratrem. veniaq; pudescunt.
Mosem Rubum vidisse ardentem.
Sentibus inuolitans deus igneus ore corusco
Compellat iuuenem pecoris tunc forte magistrū.
Ille capit iussus virgam. fit vipera virga.
Solvit vincla pedū properat Pharaonis ad arcē.
Pharaonem in mari summersum.
Zutus agit vir iustus iter vel per mare magnum.
Ecce dei famulis scissim freta rubra dehiscunt.
Cum peccatores rapidos eadem freta mergant:
Obruitur Pharao. patuit via libera Mosi.
Mosi legem datam.
Sumat mortis aper diuinis ignibus: in quo
Scripta decem verbis sarorum pagina Mosi
Traditur. ille suos suscepta lege reuisit.
Forma sed his vituli solus deus. et deus aurum.
Manna in desertum datum.
Panibus angelicis alben tentoria patrum.
Lerta fides facti. tenet viceus aureus exin
Seruatum Manna. ingratis venit altera nubes.
Atq; auidos carnis saturat congesta coturnix.
Serpens æneus in remo.
Aspide sicca malo via deferuebat Fremi.
Jamq; venenati per liuida vulnera morsus
Carpebant populum: sed prudens ære politum
Dux cruce suspendit. qui virus temperet anguis.
Moses aquas amaras per lignum in dul-
cedinem vertit.
Aspera gustatu populo sitiente lacuna
Tristificos latices stagnanti felle tenebat.

Dittochaum.

Moser sanctus ait: lignū date: gurgitem in istum
Concitate: in dulcem vertentur amara saporem.
De: xii. fontibus. z. lxxx. palmis.
Deuenero viri Mosi duces: ser vbi fontes:
Et ser forte alij vitreo de rore rigabant.
Septenas decies palmas. qui mysticus ælim
Lucus apostolicum numerum libus quoq; p̄xit.
Filij Israel Jordanem transeunt. et
ex eo lapides colligunt.
In fontem refluxo Jordanis gurgite fertur
Dum calcanda dei populis vada sicca relinquit.
Testes bissemi lapides: quos flumine in ipso
Constituere patres in formam discipulorum.
Raab in Hierico speculatores recepit.
Procubuit Hierico. sola altant atria Raab
Hospita sanctorum meretrix. tanta est fidei vis
Incolumi securo domo spectabile coccum
Ignibus aduersis in signum sanguinis offert.
Samson.
Inuictum virtute comæ Leo frangere Samson
Aggreditur. necat ille feram. sed ab ore Leonis
Abella fluunt: maxilla asinæ fontem vomit vltro.
Stultitia exundat lymphis. dulcedine virtus.
De Samson.
Tercentum vulpes Samson capit. ignibus armat.
Done faces caudis circumligat. in sata mittit
Allophylū: segetesq; cremat. nunc heresis ignes
Callida: quæ vulpes vitiorum spargit in agros.
Dauid pastor ouis in Regem euadit.
Dauid paruus erat fratrum vltimus: et modo Jesse
Lura gregis citharā formans ad ouile paterinus.
Inde ad delicias regis. mox horrida bella
Conferit: et fundi stermit stridente Soliam.
Dauid rex vngitur.



Prudentij.

Regia mirifici fulgent insignia David.

Sceptra, oleus, cornu, diadema, et purpura, et ara.
Omnia conveniunt Christo, chlamys atque corona,
Virga potestatis, cornu crucis, altar, oliuam,
Salomon templi edificat, et Regi-
na Austri munera adfert.

Aedificat templum sapientia per Salomonis
Obsequium. Regina austri graue congerit aurum.
Tempus adest quo templum hois sub pectore Xps
Aedificet: quod graia colant, quod barbara ditet.
De filiis prophetarum ligna cadentibus.

Forte prophetarum nati dum ligna recidunt:
Fluminis in ripa cecidit discussa bipennis.
Ergo submersus est ferrum, sed mox leue lignum
Iniectum stagnis ferrum reuocabile fecit.
De Captiuitate Hebræorum.

Gens hebræorum peccamine capta frequenti
Fleuerat exilium dixit Babylonis ad amnes.
Cum patrios cantare modos præcepta recusat
Organaque in ramis salicis suspendis amare.
De Ezechia rege.

Hic bonus Ezechias meruit ter quinq; per annos
Præscriptum proferre diem: legemq; obeundi
Tendere quot gradibus: quos vespera texerat umbra
Lumine perfusus docuit sol versus in ortum.
Aduentus domini.

Aduentante deo descendit nuncius alto
Gabriel patris ex folio, sedemq; repente
Intrat virginem: sanctus te spiritus inquit
Impleuit Maria, Christum paries sacra virgo.
Bethlem caput orbis.

Sancta Bethlem caput est orbis: quæ protulit Iesum.
Orbis principium, caput ipsum principiorum.
Urbs hoisem Christus genuit, qui Christus agebat

Dittochaemum.

Ante deus, quam sol fieret, quam lucifer esset,
Magi dona ferunt.

Hic preciosa Magi sub Virginis vberibus Christo
Dona ferunt puero myrrisq; et thuris, et auri.
Miratur genitrix tot casti ventris honores.
Seq; deum genuisse, hominem, regemq; supremum.
Nunciatur pastoribus natum Christum.

Peruigiles pastorum oculos vis luminis implet
Angelici natum celebrans de virgine Christum.
Inueniunt tectum panis præsepe, iacenti
Luna erat, exultant alacres, et numen adorant.
Occiduntur infantes in Bethlem.

Impius innumeris infantum caedibus hostis
Perfudit Herodes: dum Christum querit in illis.
Fumant lacteolo paruorum sanguine cunæ,
Vulnibusq; madent calidis pia pectora matris.
Christus in Jordane baptizatur.

Perfundit fluuio pastus Baptista locustis.
Siluarumq; fauis et amictu veste cameli.
Linxerat et Christum, sed spiritus æthere missus
Testatur tinctum: qui tinctis crimina donet.
Pinna templi.

Excidio templi veteris stat pinna superstes.
Structus enim lapide ex illo manet angulus usq;
In seculum seculi: quem spererunt edificantes.
Hunc caput est templi, et lapidum compago nouorum.
Ex aqua vinum.

Fœdera coniugij celebrabant auspice coetu
Forte Galilæi, iam decerant vina ministris.
Christus vasa iubet properatè aquaria lymphis
Impleri: inde meri veteris defunditur vnda.
Piscina Siloa.

Adorborum medicina latet: quam spiritus oris
Eructat varijs fuscis ratione latentis.



Prudentis

Siloam vocitant. sputis vbi conlita cæci
Lumina Saluator iussit de fonte lauari.

Passio Joannis.

Premia saltatrix poscit funebria virgo
Joannis caput: abscisum quod lance reportet.
Incoestæ ad gremium matris fert regia donum
Psalteria respersis manibus de sanguine iusto.

Per mare ambulasse Christum.

It mare per medium dominus: fluctusq; liquentes
Calce terens iubet instabili descendere cymba
Discipulum. sed mortalis trepidatio plantas
Adergit. at ille manum tegit. et vestigia firmat.

Dæmonium missum in porcos.

Clincia sepulchrali sub carcere ferrea dæmon
Fregerat. erumpit. pedibusq; aduoluitur Jesu.
Est hominem dominus sibi vendicat: et iubet hostem
Porcorum raptare greges. ac per freta mergi.

Quinq; panes et duos pisces.

Quinq; deus panes fregit piscelq; gemellos.
His hominum large saturavit millia quinq;
Implentur nimio micarum fragmine corbes
Bissen: æternæ tanta est opulencia mensæ.

Lazarus suscitatus a mortuis.

Consciis insignis facti locus in Bethania | *Bethania agt. nomen est*

Vidit ab inferna te Lazare sede reuersum.

Apparet scissum fractis foribus monumentum:

Unde putrescentis redierunt membra sepulti.

Alger acheldemach.

Campus acheldemach sceleris mercede nefandi
Clenditus exequias recipit tumulosus humanas.
Sanguinis hoc precium est Christi. Judæa man? arcuat
Infelix collum laqueus pro crimine tanto.

Domus Caiphæ.

Dittochaum.

Impia blasphemæ cecidit domus ecce Caiphæ:
In qua pullata est alapis facies sacra Christi.
Hic peccatoris manet exitus. obruta quorum
Cita ruinosis tumulis sine fine iacebit.

Columna ad quâ flagellatus est Christus.

Vinctus in his dominus stetit ædibus: atq; columnæ
Adnexus tergum dedit vt seruire flagellis.
Prestat adhuc: templumq; gerit veneranda columna:
Mosq; docet cunctis immunes viuere flagris.

Passio saluatoris.

Transiectus per vtrunq; latus laticem atq; cruorem
Christus agit. victoria. sanguis. lympba. lauacrum.
Tunc duo discordant crucibus hinc inde latrones
Contiguus. negat ille deum: fert ille coronam.

mons oliuetum.

Montis oliuiferi Christus de vertice sursum
Ad patrem redijt signans vestigia pacis.
Frondeb; æternis præpinguis liquitur humor.
Qui probat infusum terris de chrisinate donum.

Passio Stephani.

Primus inuit Stephanus mercedem sanguinis imbræ
Afflictus lapidum. Christum tamen ille cruentus
Inter sara rogat: ne sit lapidatio fraudi
Hostibus. o prime pietas miranda coronæ.

Porta Speciosa.

Porta manet templi: Speciosam quam vocitarunt
Egregium Salomonis opus. sed maius in illa
Christi opus emicuit. nam claudus surgere iussus
Die Petri: stupuit laxatos currere gressus.

Visio Petri.

Somniat illapsus petrus alto ex æthere discum
Confertum omnigenis animalibus. ille recusat
Mandere. sed dominus iubet omnia munda putare.
Surgit: et immundas vocat ad mysteria gentes.



Prudentij dittochaum.
Vas electionis.

Picupus ante rapax vestitur vellere molli.
Saulus qui fuerat: fit adempto lumine Paulus.
Apo: recipit visum. fit apostolus ac populorum
Doctor: et ore potens coruos mutare columbis:
Apocalypsis Joannis.


Bis duodena senum sedes pateris citbarisq;
Totq; coronarum fulgens insignibus agnum
Læde cruentatum laudat. qui euoluere librū:
Et septem potuit signacula pandere solus.

De in qua poeta de se loquitur.

Vrus. fidelis. innocens. pudicus
Dona conscientie
Quibus beata mens abscondat intus:
Alter et pecuniam
Recidit: unde victitant egeni.
Nos citos iampos
Sacramus et rotatiles Trochæos
Sanctitatis indigi
Nec ad leuamen pauperum potentes.
Approbat tamen deus
Pedestre carmen: et benignus audit.
Multa diuitis domo
Sita est per omnes angulos supeller.
Fulget aureus scyphus.
Nec ære defit expolita peluis.
Est et olla fictilis.
Grauisq; et ampla argentea est paropsis.
Sunt eburna quæpiam.
Non nulla quercu sunt cauata et vlmō.
Omne vas fit vtile:
Quod est ad vsum congruens herilem.

Instruunt enim domum.
Et empta magno sic parata ligno.
Ade paterno in atrio.
Ut obsoletum vasculum caducis
Christus aptat vlibus:
Suntq; parte in anguli manere
Adunus ecce fictile.
Inimus intra regiam salutis.
Altamen vel infimani
Deo obsequelam prestitisse prodest.
Quicquid illud accidit:
Inuabit ore personasse Christum.
Finis.

Fuit impressum presens opus in Ciuitate Lucronis
per Arnaldum guillermū de Brocario. et finitur die
secunda mēsis Septēbris Anno a natiuitate Christi
Millesimo quingentesimo duodecimo.



**Prudentij opera que in hoc libro
continentur.**

Cathemerinon: idest hymni per horas diei.

Per istephanon idest de coronis martyruz.

Psychomachia idest de pugna anime.

Apotheosis. idest d̄ diuinitate.

Amartigenia idest de origine peccati.

Contra symmachum oratorem senatus.

Dittocheon idest de duplici cibo.

J. Guillen sp.



Ad per quam reuerendum in christo iesu patre ac nobilissimu
dominum Jacobum raimirum auillascusa Episcopum malacita
num 7c. Aelij Antonij Hebrissen. regij historiographi in ope
ra Aurelij clementis prudentij prefatio.



Dom principis nostri ferdinādi res gestas gerendas
qz considero pater clementissime: non tam felicitatem
quam sapientie: non tam fortunam quam prudentiam
non tam inuictam animi magnitudinem: qz diuinam
quandam prouidentiam admirari soleo. Atqz vt omitam nunc
illa priora: membra hispanie dissipata collegisse: dedisseqz illi vnū
caput: que fuerant abalienata atqz a potentissimo gallozum Re
ge decenta iusta clarigatione repetita deinde recepta in suum cor
pus redegisse: fluctuantia Campanie 7 Lucanie atqz Appulie re
gna constituisse: traiecisse in Aphricaz copias quam maximas: hi
spanie fines cum indorum fronte commisisse: alterum hemispheri
um maioribus nostris meo gnitum indagasse: venio ad presentia.
Cuius per deum immortalē prouidentie fuit: cum res nostre
in Italia forent superiores: dedisse litteras cum mandatis ad eos
prefectos qui exercitus hispanenses ductabant: ne Bononiaz a
bentiuolis tyrānis validissimo prelidio munitam vlla ratione ob
siderent? Obsederunt nihilominus: sed tandem ab hostibus solu
ta obsidio est. facti deinde galli exercitu auctiores. Non conten
tus eadem illa eisdem ducibus per litteras imperasse: sed etiā val
desum cohortis pretoziane prefectum misisse: vt militez intra mu
nitionem castrorum continerent: 7 quo ad auxiliares copie con
traheremur non sinerent castris crumpere. Eruperunt. supera
ti sunt. victoria hostibus cessit: si victoria dicenda est: in qua prop
ozes suere periculo qui vicere. si victoria ead mea victoria ē appel
landa. Illa enim sola nobis restituit rem. illa fugauit hostes: atqz

aij



rota ex Italia exturbauit: illa superbiam gallozum cōtudit. Neq3
possimus hoc nomine de principis nostri fortuna conqueri: aut d'
prouidentia quod idoneos duces non presecerit. Nam quid aliud
fieri potuit altero exercitus cornu profligato: quas belli reliquias
colligere. partemq3 exercitus seruare? Nam quis probro dedit. **M.**
Terentio varroni: quod fuso ad cannas Romanorum exercitu cū
altero consule ipse cum parte copiarum Romanam se recepit? dubi-
tatumq3 est potius: vter illorum maiore animo fuerit: quem pudu-
it fugere: an qui non desperarit. Quare senatus obuiam p̄cessit
gratiasq3 egit quod de rep. Romana bene sperarit. Mundū vero
moderatoris nostri prouidentiam contemplare. Dum contrahit
exercitus vt per cantabros bellū gallis inferat: dum parat classes
vt mare interius exteriusq3 tutum atq3 tranquillum reddat: dum
alteras copias conscribit quas in Aethiopicam limitibus mēdis:
quas in Italiam supplemento mittat: tamen in academiā nostrā
respicit imitatus rectorem illum ac mundi arbitrum: qui ita pro-
spicit magnis rebus: vt paruas non dissimulet. **O** magna secun-
ditas animi. **O** prouidentia incredibilis. **O** presentissima solertia
In tanta rerum maximarum difficultate posito vacat res tam par-
uas respicere. At opinor ministro atq3 speculatore deceptus est.
non potuit ex omnibus quenq3 eligere sapientiozem. non sagacio-
rem. non qui magis res nostras calleret: quam te **Pater** amplissi-
me. **Nolo** amplius in hac parte immorari: ne aliquam bonas gra-
tiam a te aucupari videar: tantum meo atq3 omnium sermonis la-
tini. studiosoz noīe gratias agā: quod in hoc tuo munere non es
passus bonas artes in luto iacere. quod superbiētes in omni di-
sciplinaruz genere ad grammatice reuocasti: quod ita maiora cu-
res vt minora non despicias: quod vt eloquentiam sapientie ad-
misceres iungisti ethnicis poetas Christianos: vt inde proueniret
quoddam dicendi genus temperatum. Alij alia beneficia tibi de-
bebunt ego totum hoc: quod grammatice prospectum est me debe-

re profiteor. neq3 enim illius ratio haberi potest: quin de me quo-
q3 habeatur. **Hec** volui profiteri apud te presul humanissime an-
tea quam descenderem ad id quod est proprium huius operis qd
ante hac latebat: et nunc tua fretus auctoritate audeo prodire in lu-
cem. **Judicium** meum semper fuit sinceri atq3 puri sermonis eos
tantum fuisse auctores: qui floruerunt intra ducētos ānos qui sunt
ab etate **Ciceronis** ad **antoninum** piūm: et ad phrasim eloquentie
faciendam honestū esse proponendos imitandosq3: ceteros ve-
ro quia plurimum conducunt ad multarum rerum cognitionem
non esse contemnendos atq3 in primis christianos qui nos ad re-
ligionem erudiunt: et magna ex parte facundiam augent. **Sz** quē
admodum cum auctores illos vetustissimos exponimus audito-
res solemus admonere quedam esse verba oscra: quedam opica: q̄
nullo modo sunt in vsu admittenda: aliamq3 fuisse orthographie
atq3 accentus et declinationis rationem: quam etas eruditior ex-
clusit: idem quoq3 censeo in poetis christianis faciendum quando
quidem non contigit illis intra perscriptum tempus fuisse: vt ea q̄
non consentiunt cum exactissimo latine lingue vsu: neq3 ignorem⁹
neq3 imitemur. **Et** quemadmodum cum in **Terentio** legim⁹ quod
in prologis scribendis operam abutitur pro eo quod esse debuit
in prologis scribendis opera abutitur et ipse **Dauos** mihi dixit
pro ipse **Dauus** mihi dixit: et in **Plauto** vt vos in vestris voluis:
mercimonijs emundis vendundisq3 pro eo quod esse debuit. vt
vos in vestris vultis mercimonijs emendis vendendisq3 etc. ex
paraphrasi permutamus: sic in **Prudentio** **Sedulio** **Iuueno** **A**
ratore **Prospero** et si qui alij sunt: qui a purissimo illo vsu degene-
rarunt. nostros admonēbimus discipulos: si quid ab illis contra
regulas artis grammatice: aut contra sermonis latini vsū est indu-
ctum: vt locos huiusmodi obelisco signent: non vt imitentur sed
vt fugiant. quemadmodum tenias atq3 latentia saganate cum
in suspectis locis triangulas atq3 anchoralia prospiciunt. An quā

Prudentio nostro per pauca sunt verba deprauata: quod vitium
no fuit hominis sed temporis: idcirco mihi totus est ablegandus:
Quare admonendi erunt lectores ne auctoritate decepti in simile
vitium incurrant. Itaq; libuit in prima codicis fronte illius erra-
ta proponere: quorū causas in aliud tempus reddituri differim⁹.

Adiecitū pr̄terea in paginarum marginibus scholia q̄dam
atq; difficiliōres locos paraphrasi vertimus: ne sit opus gram-
maticis sacrarum litterarum codices euoluerent aut remotiores an-
tiquorum historias inuestigare.

Admonendos in primis lectores ducimus: neminem illorum de-
bere mirari: quod Prudentius prepositionibus integris vti-
tur in compositione cum alijs partibus orationis. Nam quē
admodum Quintilianus ait orthographia consuetudini ser-
uit: atq; ideo sepe mutata est. Antiquissimi enim latinorum
prepositiones integras in compositione ponebant. Postea
cum obtinisset illa consuetudo: vti scriberent: vti profe-
rebant: ceperunt illas corrumpere: vt designarent voces illas
q̄ proferebantur: non eas eē quas cōpositionis partes exi-
bant. Deinde iuniores quibus illa ratio non placuit: vetustis-
simos illos sequi placuit: ceperuntq; rursus prepositionib⁹
integris vti: id quod videmus in nomifinatis. marmoribus
atq; libris longobarorum & gothorum inter arabes: quos
vulgo mozarabes appellant: circa quorum tempora constat
fuisse prudentium. Qui pr̄terea viderunt pandectarū libros
qui florentie adhuc adseruantur: hac ratione scriptos esse af-
firmant.

Arthresis penultima breui posuit pro eo qđ esse debuit arthritis
penultima longa. qui appellatur morbus articularis.

De e bis dixit in vocatiuo cum omnes q̄ de arte grammatica scri-
pserunt deus potius quam de analogiam secuti protulerint.

Dauidicus ab eo quod est dauid dixit per. t. pro eo quod esse debu-

it dauidicus per. d. nisi forte vitium impressoribus imputetur:
factor non posse dici latine sed auctor affirmat valla vt memento
salutis auctor. & beatus auctor seculi. hymnographi.

Grates reddimus dixit pro eo qđ grates agimus. sicut Quidi⁹
o referant grates tibi dii pro gratiam contra vallam.

Harmonia penultima lōga vsus est cū sit breuis: in symphonia ve-
ro regulam secutus est latini sermonis.

Helias penultima longa posuit pro eo quod poni debuit penulti-
ma breui id quod fecit Ausonius poeta.

Jacob secutus hebreos dissyllabum posuit: alij vero secuti grecos
trissyllabum faciunt: quia consonante carent.

Jesus dissyllabum semper posuit in fine carminis: sed non stāt ver-
sus. si vero trissyllabum legas erit carmen hypermetrus.

Idolum aliquando protulit penultima breui: aliquando longa:
cum semper producatur quia per o mega scribitur.

Idolo latrāem penultima breui ponit: cum sit longa quoniā apud
grecos per ei diphthongon scribitur.

Lito. as. cum significet aliquid sacrificio impetrare: ipse plerunq;
pro eo quod est sacrificare tantum ponit.

Mariam cum alij penultima breui: alij eadem longa proferāt: ne-
q; sibi consentit: ipse breuem ex ratione grecorum posuit.

Machabeus quod interpretatur pugnat primam habet breuem
quoniā a mache componitur: ipse vero porrectam posuit.

Pleuresis penultima breui protulit pro pleuriti penultima longa
vt supra diximus de arthresi pro arthriti.

Phrenesis pro phrenitis posuit sed non peccauit in syllabe quan-
titate: sed in permutatione litterarum.

Sanctilogum appellat lucam euangelistam facta compositione
ex latino & greco: quod in sermonelatinorū est.

Sodomita libido dixit p sodomitis libido: quia nomina in res q̄
sunt prime declinationis semper sunt masculina.



Sophiam penultima longa posuit cum sit breuis Vergilij Mar-
tialis atq; doctissimorum omnium autoritate.

Tobias cum ex ratione superius dicta penultimam breuiet: Pru-
dentius accentu greco deceptus eandem produxit.

Viare pro eo quod est iter facere et vians pro viatore quibus hic
vritur: si velle credi oportet apud idoneos non reperitur.



Et Aurelij prudentij vita nihil aliud compertum habe-
mus: quam quod Bennadius presbyter in catalogo
virozum illustrium post diuum Hieronymum scripsit:
et quod ex eiusdem Prudentij operibus colligimus:
fuisse videlicet natione hispanū ex Cesaraugusta vrbe clarissima:
adolescenciam in artibus ingenuis ac iuris ciuilibus disciplina con-
sumpsisse. Militasse preterea atq; stipendia fecisse sub Honorio
imperatore atq; sub eo ad prefecturam cohortis pretoriane per-
uenisse. Prefuisse q; iuridicundo beneficio principis in aliquot
ciuitatibus: regisse q; causas tum accusantem tum defendentē. Eā-
dem cum ad septimum et quinquagesimum annum peruenisset res
ad christianam religionem pertinentes vario carminis genere ce-
pisse componere sub titulo et inscriptione greca psychomachiam id
est de pugna anime. Cathemerinon id est diurnis rebus: a tempo-
re matutino ad vespereum. Apothecosin id est de diuinitate. Am ar-
tiginiam. id est de peccati origine. Peristephanon id est de coro-
nis hoc est in eorum laudes qui sunt martyrio corona ti. Dittoche-
um id est duplicem cibum hoc est veteris et noui testamenti deflo-
rationem. Duos preterea libros contra symmachum oratorem at-
q; vrbis Romane prefectum. Commentatus quoq; est vt Ben-
nadius inquit herabemerion de mundi fabrica vsq; ad conditionē
primi hominis et eiusdem preuaricationem. quod opus non extat
aut nobis non vidisse contigit. floruit sub imperatoribus Valē-
rianiano secūdo Theodosio magno eiusq; liberis Arcadio et Ho-
norio.

STOLIBI
HATIBI
ADIANA IAR



VNIuersidad
DE SALAMANCA

CRUCES USALES



UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

CRÉDITOS USALES

... hinc obli...
... n' distracione...

hic dicitur quod non patitur nos tentari in ista
vires nos facit sed facit ut sciamus quod ex tentacione
pendentur

Seneca

Amec de ueniam scilicet non inuicem amem

~~Sancti...~~
~~Sancti...~~

Sancti...
Sancti...

Sancti...
Sancti...

Sancti...

Sancti...
Sancti...

Sancti...
Sancti...





VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USALES